

n. 2
360



DE NATVRA DAEMONVM

IOAN. LAVRENTII ANANIAE TABER-natis Theologi.





NEAPOLI,

Apud Io. Baptistam Cappellum.
M. D. LXXXII.

ANTONINO MONITIO
TABERNATI PATRITIO
IVRISCONSVLTO
præclariſſimo.

IOANNES LAVRENTIVS
Ananias Theologus.
S. P. D.

CVM liber hic de natura dæmonum, iam annum, Venetijs typis excuſſus eſſet, ac ad meas tandem manus perueniſſet; equidem non potui vehementer non triſtari, tum quòd eum pluribus mendis ſcatentem, atq; adeò mutilum reperi, tum etiam quòd ſub cuiuſdam nomine editum eum inſpexi, cum qua non modò nulla mihi intercеſſerat familiaritas, nec cum ea vnquã locutus eram: ſed ne nomine quidem eam co-

gnoueram:proinde ne sic infuturum legeretur, iterum expurgatum ac correptum, quantum nobis concessum est, multisq; rebus auctum imprimẽdum curaui: atq; tibi, etsi multi affectassent, perinde limatum, ornatumq; vt consecrarem me impulit non certè inuitum & tua, qua polles, maxima rerum doctrina, eximiaq; virtus, & non vulgaris nostra, quam à teneris annis contraximus, amicitia, & etiam communis patriæ ratio, cui tu legali summa scientia, in qua adeò cęteris præstas, tantum lumen attulisti, vt per te ipsum tota splendeat in Italia legum alumna. Opus profectò graue, sed intellectu iucundum, ac non ineruditum: in eo enim tractatur de natura, potestate, & operatione dæmonum: qui quæ

fiunt

ſiunt mala, quorũ non ſunt cauſa? hoc ergo hylari frõte accipe atq; libenti, vt mittitur animo, perlege nunc potiſſimũ, cum tibi ob tantũ æſtum à tot, tantisq; cauſis forenſibus parumper quieſcere datur: Spero enim allaturum, vt alijs nõ paruum documentum, ita tibi oblectamentum non mediocre vale, diuq; felix viue, meque in tuorum, quos habes quàm chariſſimos amicorum numerum vt ſemper feciſti aſcribere non deſiſtas, Neapoli Dec. ſex. Calen. Auguſti anno a reperata humana ſalute M D ſupra LXX XII.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A

Ag-

Dæmo-



Illusio

L

MA-

M

Musæ

N

O


Pre-

S


Stoico-


Velo-

FINIS.



IO. FRANCISCI LOM BARDI NEAPOL.
Peri ţu Laurenthiu Pantoſophotatu exaſtichō.





AGNVS Ananias tractando ſtupenda, ſtuporem
Infudit in titulo Ton peri dæmonion.
Viſcera nam libro hoc penetrat, terræq; cauernas,
Quicquid & in toto clauditur Oceano.
Quin potius barathro, atrijs regionibus Orci
Tænarijs latebris, tartareoq; ſinu.


PAVLI REGII THEOLOGI Ad Io. Laurent. Ananiam.

DETEGIT vt laqueos auis: aduertitq; volûcres;
Sic Sathanæ nobis detegis insidias,

IVLII CORTESII AD ANANIAM.

MORTALES *poterunt Sathanæ cognoscere fraudes:*
Mos, natura patẽt, artis & ingenium.
Est nobis hostem fas debellare dolosum:
Qui cum notus erit: perdidit imperium.
At tibi Laurenti est hominum prebere triumphos:
Deuicto Sathana, tartareisq; dolis.

AD LECTOREM IO. BAPTISTAE Rinaldi.



AD liquidos latices fertur resi-
dere columba;
Vt curuos ungues deuitet accipitris.
Sic tu præclaros LAVRENTII *per*
ſpice fontes,
Ne incautum fallant Dæmonis insidiæ.

DE NATVRA DAEMONVM IO. LAVRENTII Ananiæ Tabernatis Theologi.

LIBER PRIMVS.

DAEMONVM naturam, eorumq. uim nosse, rem summè arduam, ac difficilem semper extitisse, non me fugit, cum apud Philosophos, qui de his nonnulla, nec falsa omnino scripta reliquerunt, tum etiam apud ipsos Theologos, quibus horum facultatem altius scrutari cælitus datum est: proinde haud mirum cuiquam videri debet, si de eorum potestate, operandiq. modo, ne dicam simplici natura neq; etiam hodie vlla scientia suis numeris absoluta, ac undiq. perfecta haberi potuit: cum & de Astrologia, quam ante alias omnes ingenuas artes, ac scientias mortales & colere, & profiteri cæperunt; cuius materia tamen oculorum obtutui patet, adhuc ex-

acta cognitio haberi minimè creditur: licet hanc non pauci, vel ante ipsum etiam diluuium cognouerint, posterisq. temporibus ipsi Chaldæi, Hebræi, & Aegyptij passim obseruarint, quos simili studio exinde Græci, Latini, demum Arabes, Persæ, Indi, & Seres subsecuti sunt: Huius etenim rei causa fuit eorum natura abstrusa, & à nostro intellectu remota, ac cùm sensilis haud sit, penitus occulta: de quorum tamen spirituum substantia, ac facultate gentium sacerdotes; cùm non pauca olfecerint, multa scriptis prodiderunt, & si minus vera, vt nostri, cùm Syri, & Græci, tum Latini Theologi: de quibus profectò Spiritibus haud eo (vt res ipsa postulare videbatur, atq. in cæteris contigit scientijs) dicendi lumine, aut ordine ab hisce pertractatum fuit. Videre enim est cunctos gentium peritos, & si de his eleganter admodum dißeruerint; nihilominus ob eorum (quæ sunt) difficiliorem cognitu naturam, delusos forsitan à propria eorundem spirituum astutia, plurimum à rei veritate declinasse: nostri vero Catholici sapientes, licet magis vera scripserint, nullo tamen Latinitatis stylo, nec ele-

gantiæ alicuius splendore, ob temporum iniuriam vsi sunt: Hinc factum est, vt non omnino abs re, quinimo operæ pretium fore existimaui, si quæ magis consona, atq. sparsim hinc inde de natura, & potestate illorum scripta reperi, cùm à Platonicis, alijsq. gentium scriptoribus, tum etiam à nostris Theologis, ea pro virili nostra ex ordine singula suo loco in vnum collata pijs animis ob oculos legenda proponam. In quorum equidem varijs atq. diuersis variorum multorumq. auctorum, quos præ manibus habere potui, colligendis opinionibus, ita elaboraui, vt diu multumq, insudauerim simul, & alserim: apum ipsarum naturalem sagacitatem & solertiam insecutus, quæ, & si diuersos peruolitant flosculos, ex ijs tamen duntaxat succos excerpunt, quos suis in stipandis fauis naturæ instinctu vtiles esse cognoscunt, deprehenduntque. Cunctæ enim Platonicorum sententiæ, quæ ab Aegyptijs & Chaldæis de dæmonibus relatæ, hisq. acceptæ fuerunt, si veritati nullo pacto mihi consentire posse viderentur, eas vt erroneas, reieci, & explosi. At, vbi quid veri sub cortice, vt dicunt continere appa-

rerent, eas concordes (quo ad eius fieri potuit) nostris cum Theologis reddendas curaui; ea verò, quæ nostri omnes, vel absurda vocabulorum barbarie, vel abditis verborum ambagibus ob Latinæ Phrasis penuriam, temporumq. iniuriam inuoluerunt, nulloq. dispositionis ordine collocarunt: hæc (inquam) puriori Latini sermonis phrasi efferre, suisq. singula locis disponere, ac enodare, quantum licuit, vehementer studui Tuum itaque erit benigne lector hunc nostrum laborem, eo, quo nos in publicum damus, animo, bono nimirum & candido accipere, hilariq. & alacri fronte legendum aggredi: in spe sum enim non dubia, quicquid in hisce perlegendis temporis otijq. posueris, eius te, vt ex agro non ita sterili fructum aliquem relaturum.

Dæmones ergo iam diu certatum est inter Philosophos, aliósq. antiquorum peritos, sintne, quos Deus in rerum natura fecit, an quos solummodo hominum intellectus atque ingenium sibi effinxit, nec vlla inter eos concordia esse potuit: quoniam, & si horum sectæ plures fuerint, nihilominus hi omnes hac in re tantùm in duas diuisi animi

sententias, maior horum pars Epicureorum, ac Peripateticorum opinionibus inhæsere, qui nihil, quod non validis argumentis, demonstrationibusq. consequi valuerunt, approbando, hos in rerum vniuersitate Spiritus, ceù superfluos, ac superuacaneos à natura prorsus exterminarunt: eosq. duntaxat Poetarum figmentis, vetularum fabulis, ac prudentum legibus effictos esse, asseuerando, vt & inferorum pœnas, quò mortales à malo perpetrando horum terrore abstinerent, ac iustè, humaneq. viuere, consuescerent; idcircò hos Spiritus in hominum opinionibus nomine tantûm vagari, re ipsa autem nihil omninò esse, autumarunt. Quibus obnixè refragando Stoici, qui Socrati, hos esse acceptum referunt, ac etiam Platonici, qui varijs proborum sapientumq. narrationibus freti, atque antiquis oraculis, plerisq. historijs; quæ cuncta hos apertè ostenderunt, innixi, Dæmones in rerum natura, & existere, & multarum rerum causam esse, proculdubio asserere non dubitarunt. Itaque Peripateticis, & alijs quibuscunque, multi enim, vt dixi, fuerunt, diuersum hac in re sentientes, aqua (vt

 aiunt)

aiunt) & igni, quasi profanis, ac religioni, quæ nobis natura, vt existat, comparatum est, penitus aduersarijs, atque ab eorum consuetudine renitentibus optimo iure interdixere: in quorum sanè opinione, ac sententia, quòd nostris cum Theologis hac in re, pedibus iuerunt neminem sanæ doctrinæ vnquã discrepasse, inconfesso est: his enim fidei afflatis lumine uera de eis superne conceßũ manifestare fuit: Ea itaque de causa hi tanquam omnino veritate aberrantes, immò prorsus eam respuentes omnes posthabendi, in minimisq. ponendi sunt, qui cunctis hac in re Epicureis, Peripateticis, ac nonnullis etiam suffragantur hæreticis, qui vno cum ipsis ore, impudenti tamen vel animæ immortalitatem, ne dicam corporis cum Saducæis resurrectionem omninò abnuunt, & abijciunt: nobis enim satis est horum naturã, ac facultatem Stoicorum, atque Platonicorũ opinione probari, nullamq. eße legẽ, in quã horũ substãtia abnegetur uerũ, & Arabibus eorũ secta, & Hebræis Moysis lege, nobisq. fide omni demonstratione longè meliori, credi & amplecti. Quod nimirùm patet cum ex veteri testamento Gen. Sub metaphoris

phoris Serpentis scilicet Euam alloquentis & sine velamine in eodem penès Iob, tùm etiam ex nouo apud Matth. vbi legitur, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et angelis eius, idemq. alibi sæpius: ex quo fit, vt Dæmones in naturæ statu existere, lippis uti paroemia fert (liqueat & tonsoribus.

De quibus profectò spiritibus, quoniam & nomine, & substantia adde etiam facultate haud parum à Platonicis nostri discrepant Theologi, quæ horum sit differentia, dicere nunc mihi in animo est. Aiunt namque Philosophi hoc nomine Dæmon, cùm sciens Græcis sonet, & bonos, & malos angelos, ubi id utrosque non dedeceat, crebrò innui: unde & eudæmones & cacodemones *frequẽs apud eos mentio reperitur nec non & sapientes, potentesque uiros ostendi unde & terrestres uenerare Dæmones in Symbolo legitur pythagorico: ex quorum sententia nostri Theologi, quibus hæc semper nomenclatura infensa ac odiosa habita est, omnes ualdè dißentiunt: inquiunt enim hoc uocabulum; licet eorum creationis principio bis, & Angelis cunctis simul*

ob communem inditam propriæ naturæ scientiam conuenerit; nunquàm tamen hos beatos Spiritus aut hos homines nec apud Hebræos, nec penes nostros Theologos demonstrasse: etenim hac uoce nõ quod homi nibus fortuna, aut his Spiritibus natura dedit, sed quod sibi & ob propriam eorum malitiam, ob prætensamq. nostros in protoparentes calumniam obuenit, qua etiam & Diaboli nuncupantur, utique nec iniuria, ut inferius manifestabitur, omnes nostri periti intellexere. Quapropter nuspiam non malum hoc nomen pijs auribus resonuisse inuentum est: neque mira res, cum scientiam & iniquos, & prauos consecutos fuisse nihil obstet: vnum enim ex his donum est, quod haud quicquam, quo mereat, perficit habentem; neque hoc duntaxat nomine bi nequam Spiritus nuncupati sunt: at diuersas, ut uarias in nos struxere calumnias, appellationes sortiti fuerunt: Omnia tamen hæc nomina uel propriora eis, uel metaphorica sint, eos, ut & opera eorum, prauos, iniquos, impios, ac crudeles nobis ostendere altius euenit. Hinc fit, ut uel exorcismo constricti, eorum sic nomina spernant, sic aufu-

giant

giant, ut uel hac eorum exprobatione maximè angi ac cruciari præseferant: de quibus singulis suis in locis dicendum restat. Verùm de dæmonibus, quod ad eorum naturam spectat, haud modò omnibus in rebus, ubi à nostris antiqui gentilium Theologi dissenserunt, cunctorum referam errores, cùm hos obiter omnes opportunius referendi se offeret occasio. At solùm (inquam) quidnam maior nostrorum de his scribentium pars opinata sit; quibus tum ex eorum operatione, tum etiam ex fide circa multa de his omnis penè ueritas illuxit quorum quidem opinio, neutericorum præsertim, nõ enim omnes sic una concordant, ut secum nihil discrepent, hæc est. Dæmones scilicet spiritus eße, substantia bonos, quippè à Deo. Opt. Max. creatos, intellectu præpollentes, incorporeos omnes, & immortales, sua uoluntate malos ubique malefaciendi satis cupidos, quibus furor rationis expers inest, demens concupiscentia, cogitatio præceps, atque proterua. Qua in re quantùm erraue rit Plato, eiusq. imitator Porphyrius, ex hoc cernere licet; cùm alter aperte hos spiritus aereo, prætenuiq. ac uti astra, rotundo

corpore tegi, alter verò inter eius asseclas doctrinæ haud vulgaris, eosdem dicit genus esse natura fallax, vniforme, Deos simulans: quandoquidem quod Plato sentit, falsum demonstratur uel ex eorum actione, quæ (ut Philosophis placet) formam sequitur: nihil enim ipsi, licet appareant, sensibus vere operantur: Cæterùm quicquid faciunt, solùm ab intellectu, ut suo in loco clarius apparebit, totum procedit, ac proficisci tur; atque quod alter inquit maximum eße errorem, uel ob id ostenditur; cùm hi spiritus è tenebris mali ut sibi nonnulli hæretici finxerunt, non exurrexerint; quoniam nullum in mundo principium malum eße quiuit, ne duo cuncti potentes, (quod absurdum est) dari cogantur: quando certè omnia, quæ videntur; aut, quæ oculorum acie comprehendi non possunt, ex uno tantùm bono emanant initio: Cunctarum etenim rerum una est causa, à qua, cum sit summè bona nihil vitij proficisci potest: Quamobrem, haud vllum datur, ut autumauit Manes, summum in rerum natura malum: uidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Reliquum est igitur, ut dæmon

alia

alia re sit, quàm natura malus, uoluntate scilicet; cuius quidem firmam ac stabilem, post suum ipsius errorem malitiam, atque perfidiam Aegyptij, qui hieroglyphicis quibusdam, pleraque arcana absconderunt, Scaleno imperfectum quid continente pingebant. Ex his habes dæmonum naturam spiritalem esse initio perfectam à Deo creatam, dehinc hos omnes in eorum cogitatione, ut satis in sequentibus patebit, corruptos, lapsosq. quò tempus nos admonet, ne ordinem cunctis in rebus apprimè necessarium, uel hilum quidem transgrediamur, ut de eorũ creatione, quid nostri existimarint Theologi, quàm exactissimè referamus. Hanc igitur, & si per simplicem emanationem absque ulla temporis intercapedine, motusue interstitio extitisse uolunt; Deo tamen haud coæternam, quòd ab æterna Dei substantia, quasi à Sole radij effluxerint; ut arbitratus est de mundi productione Philosophus, cogitare ne dum dicere nefas est; cùm ut ij extiterint, quia opera sunt extra Dei substantiam, sola diuina uoluntas in causa fuit, qua eos, ut & Angelos, ubi sibi placuit, omnes unà produxit, ac effinxit

non enim unus alterum genuit; quemadmodum Cabalistæ nonnulli sibi somniarunt, quorum opinioni satis Auicenna haud profectò postremæ inter Arabes eruditionis, tractans de intelligentijs, firmius adhæsisse uidetur. Creatio namque ipsa, cùm infinitam sibi potestatem exigat, creaturæ certè finitæ nullo pacto impartiri ualuit: sic enim & propria eius natura destrueretur, & Deum, quem eße necesse est, alijs cunctipotentia impertita, existere possibile eßet: quod ut absurdissimum, eße minimè potest. Nec creati ex sinistro maßæ latere, ut Thalmudistæ sibi fingunt, quodammodo mali, quasi ranæ ac muscæ ex subiecto putri; intellectiles enim sunt, omnisq; ut ostendetur, materiæ expertes: hinc ne mori quidem unquàm eos contingit, quemadmodum falsò nonnulli Philosophi, ac etiam Arabes, ut dicetur inferius, ab ipsis forsan spiritibus decepti crediderunt: nec etiam malorum animæ, ut Plotinus sensit philòsophus, existunt, cuius opinioni Tertullianus adhærere uidetur: cuncti enim simul ex nihilo Dei præpotentis imperio producti sunt, quando; (ut ex superioribus uidere est) sibi placitum fuit, ab

animi,

animis, quæ corpora vt informent, opus habent, satis diuersi: at non ante hanc mundi constitutionem creati fuerunt, vt plerique ex Græcis opinati sunt, qui hos spiritus naturam multis iam sæculis corpoream, quò seipsos Deumq. vt sui principium contemplarentur, præstitiße aßerunt; cùm verisimile id non est, quandoquidem Deus, cuius perfecta sunt opera, si seorsum à corporea Angelicam creasset naturam; cùm hæc pars mundi existat, hanc mundi substantiam imperfectè fecißet; quod uel opinari, ne dum dicere, satis absurdum est, atque profanum. Sed creatos (inquam, vt quàmplurimi Latini saniores aßeuerant) sub cæli nomine prima die: quod quidem verius eße, ipsa Scriptura sacra testis est locupletissimus, ubi Deum dixisse legitur: Quando facta sunt sidera, laudauerunt me Angeli mei. Quis enim eße potest in lectione sacrarum literarum vel mediocriter versatus, qui adeò cæcutiat, vt quarta die sidera creata fuiße, penitus non videat? An ergo, si tunc sidera facta sunt, & Angelos ipsos antea factos fuiße non oportuit? At oportuit profectò; alioquin quomodo, (cum ni forent)

Deum

Deum ipsi laudauißent. Nec dicere satis est, eos secunda, aut tertia die creatos fuisse, cùm horum mentio hisce diebus sacra in pagina nulla omninò fiat. Restat ergò, consequiturq. ex dictis superius, ut prima die sub Cæli nomine facti sint; maximè cùm & Propheta dicat, Fecit cælos in intellectu; quod quidem de intelligentijs multi non vulgares exponunt; quas initio cum cælis, vt eos mouerent, ac virtutes influerent, creari necesse fuit. Ex his itaque satis intelligi breuissimè quidem non dubito, quidnam, de creationis eorum æuo plerique ferè Latinorum Theologorum cætus meditati sunt; quod et & ipsa Ecclesia æterna veritate confirmata asserere visa est. Nunc verò reliquum est, ordine rerum attento, vtpote in rebus enarrandis maximè necessario, vt quonam pacto creati fuerint, apertius quo ad fieri potest, à nobis explicetur. Facti sunt ergo, vt & cæteri Angeli boni, ac perfecti omnes: at illi non ex æquo hanc susceperunt perfectionem; licet hac de re nihil inter eos inuidiæ ortum fuerit; verùm cuncti pro natura eorum captu contenti fuerunt: quam quidem naturam inter se differentem his

omni-

omnibus à materia Hebræi,ac Platonici ob uenisse asserunt: non enim abnegant hos Spiritus omni prorsus materia carere;tamet si,qua eos donent,haud sit,sicuti nostra diuersarum formarum ob contrarias scilicet, quas habet, qualitates, auidissima; verùm continuæ corruptioni minimè,vt cælestis ob noxia. Quod cùm procul a rei veritate satis repertum sit.tum ex eorum substantia, atque operatione: quorum altera omni corpore caret,altera tantùm intellectilis exi stit,vt inferius copiosè demonstrabitur;tum etiam ex Dionysij autoritate omnem ab eis materiam amouentis;mirum non est,si multi haud quidem spernendi Theologi,hos om nes,qui secus asseuerant, & sentiunt, ceù prorsus ignaros ab eorum classe eijciunt, ex pelluntq. nec tamen est, quin & ipsi haud secum dissentiant,ac disceptent:quandoquidem in duas diuersas separati animi opiniones,qui a Diuo Thoma sunt,eos tantummodo forma inter se differre dicunt, à quorum profectò opinione iterum atque iterum discrepant,quicunque Scotùm sectantur: sectantur enim eum multi, ijq. minimè contemnendi Theologi, qui haud quaquàm temerè

merè sibi sentire videntur, aßerentes nimirum nihil omninò inconcinum, ac absurdum esse, horum spirituum plurimos sub vna forma existentes propria, qua sunt, indiuidua natura, mutuò vnumquemque sua differre; vbi & animæ vnius formæ omnes absque tanta formarum varietate, specierumue multiplicatione in primo, vt inquiunt, naturæ instanti, quibusdam internis earum propriæ eßentiæ gradibus sibi inuicem inter se distent, ac differant. Cui quidem rei, quò opinio eorum probabilior reddatur, libēti addunt, annectuntq. animo præter talentorum, quæ initio ipsis data sunt, varietatem satis naturæ ordinem dedecere, tot Angelorum species intellectili ac glorioso in mundo deeße; Dæmones cùm æternùm apud Tartara damnentur: quando si vna quidem species desijßet, hoc in corporeo, ac sensibili orbe, quem illius instar, ac similitudinem creatum aiunt, imperfectus meritò dici posset: Hocq; magis, quòd omnibus ex nationibus, linguis, ac artibus, quamplurimi apud homines ab æterno cruciatu, Dei tamen ope adiuti, incolumes atq; liberi reddantur. Qui profectò dæmones, quàmuis creati fuerint

omnes,

omnes, quòd Spiritus, quòd indißolubiles, quodque immortales, æquales, vt Angeli ac similes cuncti non tamen est, cùm ex omnibus ceciderint, (vt infrà ostendetur) Angelorum ordinibus, vbi complurium formarum existit varietas, quin mutuô sibi, & specie nonnulli, & potestate quamplurimi, distent, differantq. Quorum quidem differentia, quæ, & quanta inter eos sit, Deum solummodo, qui cuncta, numero, pondere, ac mensura fecit, & stellas, unamquamque illarum, suo nomine vocat, minimè latere potest; nobis verò hoc tantùm diuina reuelatione patefactam est, quòd licet tres sint Angelorum claßes; nihilo tamen secius, nec excellentioris naturæ vigor, quin hi spiritus starent, vllam infirmitatem adduxit, nec minor sapientiæ uirtus, ne intelligerent, vllam ignorantiam ingessit, nec etiam inferior libertas arbitrio aliquam, vt caderent, necessitatem imposuit: Quinimmò ex hac eorum varietate, quæ in mundo intellectili facta sunt, admirabile ac stupendum, vt in hoc præsenti ob rerum sensibilium diuersitatem, decorum, ornamentumq. emanauit: Nec ex tanta horum variatione quicquam

eis

eis imperfectius euenit, quò de suo creatore iustè conqueri poßent: quãquàm natura quã to quis superior esset, tantò se inferiore per pauciores rerum species intelligit, & ampliori virtute ualet: Cunctorum siquidem propria, cuiusq. virtus tanta fuit, vt eis nihil aliud perfectionis, quod natura capere possent absque propriarum vniuscuiusque formarum mutatione unquàm addi potuisset; quod ob eius propriam destructionem unusquisque renuit, ac recusat. Hoc ergò modo producti fuerunt dæmones omnes, ut reliqui Angeli quoquo pacto; ut eis par erat, natura felices. Tanta namque eis naturæ indita fuit perfectio; in qua sic omnino perdurare, ac consistere poterant, si quidem ipsi uellent; (ut quamquàm flexibilem, tum quo animo ducerent, arbitrij libertatem sortiti essent) nullo, si id intenderent, pacto, cadere poßent. Suo igitur ipsorum crimine, culpaq. cecidere omnes, cùm ipsi proprio, quod facere noluerunt, Marte stare ualebant; ex quo tandem tali ac tanta desuper, si modò constitißent, omnes gratia obumbrati donatiq. fußent, ut hanc ultimam felicitatem, quæ haud naturæ, sed eiusdèm finis

est, consecuti essent instar Angelorum diuina semper eßentia, conspectuq; fruentes & si non omnes ex æquo hanc nacti forent ob præstantiorem eorum naturæ gradum, diuersamq. quam habuißent, gratiam, uti nec Angeli: At illorum, qua fuerant animi instabilitate effectum est, ut prælium in ipso cælo inter eos magnum exortum sit: quoniam Lucifer (ita à præstantiore, qua donatus erat, natura, nuncupatus) quem reliqui eius complices proteruiæ suæ consentientes, ultrò hunc in tam funestissimum errorem duci adhæserunt, tanta inflatus superbia, uenenata prorsus rabie, ac uesania tumens fremensq. dum suam, eo quod Angelus in qualibet rerum specie intuenda naturam, quam ea de re continenter intuebatur, aliorum omnium substantia pulchriorem atque excellentiorem conspicaretur, ut corrupto sibi animi intellectu, non ulla quidem perturbatione sensibili; cûm nulla ei talis ineße potuerit; sed iniqua sua ipsius uoluntate, dicere non erubuerit. Ponam sedem meam iu Aquilone, & ero similis Altissimo. Quod quidem omnium grauissimum peccatum, maximeq. omnium impium scelus,

lus, horribilisq. blasphemiæ exacrandum nefas nulla unquàm ratione, (ut falsò Origenes censuit) expiandum, alio enim nullo suggerente, at ab ipsomet spontè patratum fuit, quod nam uerè extiterit, mirum in modum Theologi certant, & adhuc sub iudice (ut uulgo fertur) lis est. Quandoquidem nonnulli fuiße aiunt, quod dæmon natura contentus, qua donatus erat, ultimam, ad quam duntaxat gratia consequendam procreatus fuerat, diù felicitatem respuit ac renuit. Aliqui uolunt fuisse, quòd eam concupiuerit similitudinem, quàm nullo pacto ultro assequi poßet, creandi nempe actum: alij, quod fortitudinem suã non ab ipso Deo, à quo cuncta bona, tamquàm fonte perẽni, promanant, sed à se ipso proficisci sibi persuasit, pro certoq. habuit; hĩnc factum eße, inquiunt, ut cùm mutabilis foret natura, immutabilis culpa, malo tamen liberè semper adhærendo, utique efficeretur. Quidam uerò existimant, quod uel omittens, uel proprijs uiribus innixus id, quod gratis consecutus eßet, ultrò tentasset. Nec etiam desunt, qui hoc peccatum fuiße dicant; quod sibi Messiæ locum uendicare statuißet;

propte-

propterea quod, cùm se uideret cæteris omnibus (ut relatum est) natura præstātiorem, satis, diuq. optauit, ut eius causa reliqui omnes, sua ipsius, quò penes Deum consequerentur gloriam, opera uterentur. Verùm alij hanc tanti piaculi ansam fuisse affirmant; uarijsq. argumentis corroborant; quod Dei splendorem, quem altissimi uoluntate diuini quadam luminis reuelatione incarnandum præuiderat, (ueniret enim hic sanctissimus Dei character, nisi nos ut redimeret; cum opus tum non esset, sua ut humanitate maiori gloria nos afficeret) adorare, ut cæteri Angeli, iterum atque iterum detrectauit ac renuit. Solùm qui Scotum sectantur, à litera minus recedunt: id enim peccatum fuisse asserunt, quod Dei uerè æqualitatem, ac infinitam potentiam, quod litem sonat: quæ tamen nullo unquàm pacto ulli uti diximus creaturæ communicabilis est, perturbato, peruersoq. appetijt animo: quod profectò haud aliunde, quàm suaipsius peruersa prouenit uoluntate; cum ob essentiæ præstantiam, maiori potius Deum prosequi amore debuisset, cæteris omnibus submissius se gerendo, Deoq. gratias immor

tales habendo: quod hic in terra apud nos, dum illius proprium cultum tantopere expetit, apertè præseferre uidetur. Quorum quidem opinioni, utpote ueritati ipsi haud parum consentaneæ multi ex Theologis facilius adhærent: qua de causa hoc scelus crimenq. nefandum & abominabile haud exiguos belli apparatus inter eos ob disparem nimirum eorum ab Angelis uoluntatem excitasse, credere par est; Vbi Michael bonorum dux tanta constantia ac fortitudine Draconi pugnanti restitit, (hoc enim nomine Lucifer malorum princeps nuncupari cœpit ob lethiferum in cæteros effusum uirus) ut magno eis ultrò citroq. prælio certatum sit, non corporeis quidem armis, cùm ipsi spiritus sint, omnisq. corporeæ molis, (ut suo docebitur loco) expertes, at sola animi uoluntate, quæ omnium actutum sibi clarior reddita non secus, ac solis radij uaria pertransseuntes specula, Draconis, ut peruersa atque impia sic ingratis superbisq. hanc intus eis simul ortam, ac deforis ostensam, omnibus approbantibus, ita renuitur, ac incusatur a cunctis bonis, vt vtrinque obnixe certantibus, postremò ipsius factio

pro-

proprijs freta viribus adeò debilitata est ob gratiam Angelis viua fide desuper infusam, quam in Messiam forsan, ut aliquibus placet futurum, aut in magnam, veramq. summi Dei bonitatem habuere, ut uel à bonorum minimo quoque de cælis omnes deturbari ac deijci potuerunt; vsque adeo natura superatur a gratia. Veruntamen vbinam cælorum id certamen peractum, & quamdiu huius certaminis acies durauerit, magna inter Theologos, cùm diuersa plerique hac in re sentiant, controuersia etiam num est. Thomistæ namque cum multis alijs Ezechielis auctoritate moti, qui Diabolum in Dei delicijs fuiße inquit, atque ob similitudinem terrestri Adæ peccantis in Paradiso persuasi, tradunt hoc prælium commissum in cælo Empyreo, vbi beatorum spirituum, ac deliciarum locus est. Alij, quorum primus Diuus Augustinus non exigui momenti fuiße videtur, apertè aiunt hac Angelorum pugnam in suprema aeris extitisse regione, quam cælum interdum nominari consuetum est. Ego verò, si hoc mihi dicere fas est, neutrobique hoc prælium factum apertius referre ausus fuerim: quandoquidem,

dem, nisi prorsus conniuentibus (vt fertur) oculis prætercam, ubi hanc rem, vt Aquila suos pullos firmius Solem inspicere eniтor, perspicuè mihi videre videor, nullo Angelis pacto, qua sunt incorruptibili natura, hunc aeris tractum ob eius corruptibilitatem ac mutationem initio conuenisse, qui postea eis non nulli pœnarum generi, ac ignobili exercitationi datus ac concessus est: nec etiam cælum Empyreum gloriæ, ac non naturæ locum ob supernaturalem, superq. eminentem eius excellentiam: neque illud Ezechielis dictum nobis quicquam aduersatur, cùm id uerbum non loci qualitatem innuere videtur, sicut nec nostri etiam Saluatoris in cruce pendentis ad latronem facta promissio: Hodie mecum eris in Paradiso; at eius conditionem, ac status qualitatem, qua Lucifer altius aliquanto, cum se unà per ideam ac cuncta intelligeret, quàm cæteræ tum omnes creaturæ, Deum, ut totius naturæ auctorem & principium magna cum eius delectatione ob propriæ essentiæ præstantiam cum alijs contemplari potuit. Quodquidem uerosimilius esse, haud parum ad hanc nostram sententiam facit,

quod

quod Diabolus inflatus, & elatus superbia dixit: In cælum ascendam, & super astra ponam solium meum. Nam si in cælo Empyreo hæc pugna facta, quorsum hæc verba? cùm locus hoc nullus superior; an allegoricè tantùm interpretandum? haud certè, cùm ex litera, vbi id fieri potest, sensus eliciendus sit; non ergo is locus hoc certamen, at firmamentum sustinuit, quod Ioannis auctoritati innixus, conuenienter dici posse, mihi uideor, qui in Apocalypsi sua Draconem nostrum antiquum hostem tertiam secum stellarum partem traxisse ait; quod eos, vt propria eorum mobilis, ac incorrupta natura ostenderetur, nihil magis decuit, quàm hoc cælum, quod mouendo, absque sui mouetur corruptione: quo peractum est, vt alibi de more Angelorum triumphus fuerit, & alibi, quàm vbi disceptando, obtenta est victoria, dæmonum atrocissima pœna æternumq. sine fine supplicium; atque vt Angeli vel loco Paradisum, ita dæmones inferna eodem tempore non iniuria senserint. Verùmtamen quanto hi Spiritus temporis spatio quieti in cælo, ab hac eorum ruina steterunt, ac quamdiu

cum Angelis mutuò concertauere, nondum apud Theologos decretum est. Nan qui D. Thomæ, (qui non minus apud Theologos, quam ipsos etiam Philosophos, tanquàm alter Aristoteles celebratur) sic addicti sunt, vt ne vnquàm ab eius opinione vel sententia transuersum etiam (ut aiunt) vnguem recedant, duo tantùm instantia ab eorum creatione ad ruinam vsque intercessisse tradunt, vnum scilicet, quo puris naturæ dotibus duntaxat omnes extitere; alterum, quo peccato obnoxij, à cælo, Angelorum ministerio, qui gratia confirmati sunt, exclusi & expulsi fuerunt; At eorum, qui non ita in verba sui magistri iurarunt, quasi vt sese sui animi omni iudicio, ac opinione priuent, non omnes eiusdem omnino sunt sententiæ; sed bifariam inter se diuisi, quoniam qui Scotum suum ducem agnoscunt, (qui non non sine causa Subtilis nomen meruit,) quatuor ab eorum productione ad casum vsque moras interuenisse aßerunt: ij vero qui hac in re Scoto nihil debent, multis argumentis tres tantùm affirmare conantur; primam, quam cunctos naturæ muneribus contentos fuiße asseuerant, secundam, quæ tantum na-

turæ

turæ Angelicæ valuit, quantùm nobis, totius, quo viuimus temporis interuallum; qua quidem secunda mora sic eos à veritate declinasse nonnulli affirmant, vt primo ab ipsis commisso crimine, & si nimia inflati fuerint Philautia, poterant tamen eos, modo vellent, cùm adhuc essent in via, sui erroris satis pœnitere, ac facile misericordiam, veniamq. a Deo, qua vtitur in opus suum clementia, ac longanimitate propensus consequerentur: Quamuis huic contradicant plerique Theologorum, qui omnibus viribus contendunt, nullum omnino in hoc innocentiæ statu errorem venia vlla dignum, esse potuisse; cum adhuc nulla creatura corrupta erat; ex qua quidem corruptione peccatum tanquàm ex Epimethei pixide cumulatim in mundum uolauit; quod haud negari potest, at sic, quòd nihil tum venia dignũ fuerit; cùm vel propter liberam Angelorum voluntatem, ne dicam Dei misericordiam ità fuisse certè decuit: quam ueniam vsque ad vltimam ipsorum damnationis moram durasse non pauci perhibuere Theologi, ne scilicet adeô nobilis spiritalis creatura, vel exiguo temporis momento, cum re-

 pente

pente æternis cruciatibus, paulo postquàm esset producta, mancipraretur, eò maximè, quòd legitur mutabilis suomet principio omnis creatura, & in suis Angelis reperit mutationē. Veruntamen Dæmones (libet enim incæptum ordinem prosequi) plus iusto & æquo diutius à voluntate sui Creatoris sese abstrahendo, vsque adeò omnis sui ipsorum amore immoderati, stulti, & ebrij in hac secunda mora ad peccandum processere, vt tādem iustissimo Dei iudicio honorem suum alteri non dantis, præfracta ceruice in odiū Dei obstinati perseuerantes ad vnum omnes in tertia mora damnarentur, nulla prorsus iusta excusatione ipsos releuante: siquidem hoc iudicio & sententia non præcipitatione quadam, sed potius æquissima Dei longanimitate, iustitia, nempe ipsa misericordia temperata contra ipsos processum est. Adde, quòd non vnius, vt nonnulli opinantur, tantùm criminis rei peracti fuerunt; sed & diuersorum; quibus omnes simul, sua tamē quisque peculiari malitia ineffabili cum cupidine agitabantur: Hi enim varijs flagitijs, & sceleribus implicitì à minoribus ad maiora, & atrociora semper adeò progressi

sunt, vt & si non ex æquo cuncti suæ naturæ præstantia, ac volũtatis imperio frenum sceleratissimis cupiditatibus laxando in infinitum peccauerint, adeò vt in Dei extremum contemptum & odium (horribile dictu) sic prolapsi & demersi sunt, quo inde pedem referre, retrocedere tandem ipsis integrum minimè fuerit. Hinc factum, vt hac deniq; sua postrema, & funesta mora ipsi dæmones è Celo non secus, ac plumbum in aquam Angelorum, vt dictum est, ministerio eiecti præcipitatiq. fuerint, ac non sine summa extremaq. eorum. ignominia grandiq; interni verminis nunquàm morientis arrosionis dolore relegati vel plurimi, ad huc (Diuo Iacobo innuente) huic caliginoso frigidoq. aeri inhærentes; quem quidẽ ipse Deus pro sua miranda, & infinita prouidentia, vt nos incautos exerceant, & ad timorem Dei somnolentos exuscitent, vsque ad diem magnum Domini, ne & ipsi penitus sine causa vel iam tunc otiosi relicti viderentur, ipsis concessit permisitq. quibus etiam interdum in executione suæ diuinæ iustitiæ in nos homines utitur, ut suo loco dicetur. Atque hos omnes, qui huic inclusi

ſunt acri inferiores fuiſſe tradunt; magnates enim ob eorum nobilitatem, propriæq. uoluntatis a Deo ſe auertentis furorem & impetum atrocius alijs in creatorem ſuum peccando iuſtiſſima Dei trutina rem examinantis, ad infima Tartara detruſi ſunt und cûm eorum principe Dracone: Hic enim cùm ſuæ ipſius ſtolidæ ſuperbiæ ueneno plus cæteris inflatus; nobilioris ſuæ eſſentiæ à Deo conceſſis donis ad id elatus, reliquiſq. tam turpiſſimæ, æterniſq. doloribus expiandæ apoſtaſiæ anſam præbuiſſet. haud iniuria æui, cum cæteris eſſet præſtantior, amiſit menſuram, qua ſummo torquetur opere, & Dei iure optimo pænas delictis commenſurantis acerbiores quoque luit, ſuſtinetque. Cæterùm quanta pars lapſu illo ceciderit, & an ij omnes vnius, vel diuerſorum ordinum fuerint, non minima inter Theologos ea de re diſſenſio eſt. Quidam enim conſiderantes multò maiorem hominum turbam ad inferos cum diabolis ibi cruciandam detrudi, quàm ad cæleſtia gaudia cum Angelis perfruendum euehi: huius quiddam inſtar, ac ſimile in ipſis etiam Angelis vſu veniſſe opinati ſunt: qua de re maiori eos

etiam

etiam numero ad inferos detrusos colligũt. Alij verò sanioris aliquantò hac in re (vt mea fert opinio) iudicij, oculis defixis in bonum illud, quod spiritibus, vt intellectus purioris capacibus inerat, minorem eorum partem hoc lapsu corruisse voluerunt: quorum quidem opinio, vt verò magis consentanea, ita magis amplectenda mihi videtur. Quotus tamen quisque eorum sic præcipitatus è Cælis fuerit, a diuersis in diuersas opiniones itum est: Nam quidam partem decimam huius flagitij ream peractam fuiße referũt: alij uero pleriq; nonam his æternis pœnis destinatam aiunt: nec pauciores reperire est, numero, qui tertium Angelorum agmen damnatum aßerunt: quorum sententiæ, aut opinioni, vtputa D. Ioannis suffultæ auctoritate ex ipsa veritate hæc verba depromentis, Draconem sua ipsius cauda tertiam partem stellarum secùm traxisse, tutius inhærendum prædicant. Verùm à quotis, quibusue ordinibus pars hæc deiecta fuerit, quod non secundum gloriæ statum intelligendum, cùm nec etiam in meriti, vt multi volunt, conditione vnquàm steterint, at vt in puris fuerunt naturæ dotibus, infe-

rioribus nempe; an superioribus ordinibus, an mistim ex omnibus, satis superq. inter Græcos, ac Latinos Theologos contenditur. Illi enim spirituum pronitatem, vt materiæ magis appropinquantium solummodo considerando retulerunt vnà cum nonnullis Platonicis, qui Cacodæmones, vt Ioui rebellarent, materiam in causa fuiße produ͂t, vel omnes, cum eorum principe diabolo, quem Ophineum, veritati alludendo vocant, de inferiori sede deturbatos. Nostri autem cùm nihil eis materiæ adscribant, de cu͂ctis eiectos fuisse ordinibus meditati sunt: licet propter horu͂ minus nobilem, minusq. quàm superiorum præstantem naturam plures ex inferioribus deturbatos fuiße asserant, negando prorsus Diabolum cum aliquibus, qui excellentioris eßentiæ fuerunt, de inferiori claße extitisse: quem profectò longè omnium pessimum, non temerè cunctorum supremum haud pauci Theologi asseuerant; præsertim cùm nihil, quod nonnulli obijciunt de Ezechielis dicto obstare inquiunt tu Cherub extentus, & protegens, posui te in monte Sancto Dei: vbi multi Theologorum sunt, qui apertè confitentur,

sic


sic Draconem a Sancto Propheta nuncupari ob præstantiorem eius scientiam, qua propriam, quam habuit, ob naturam, reliquos omnes facile superauit: cætero alio nomine, quod ei immensus Dei ardor indidißet, ni propria ipsiusmet peruersa voluntate, Deo reluctando, perdidißet, vtique appellandus foret: etenim capitali peccato charitatem, quòd ipsi omninò aduersa ex diametro contraria sit, nec persistere, nec exhiberi, in confesso est: quo agitur, vt eius nobilem eßētiæ gradum exprobrando, alio nomine vocari non potuerit. Nec quicquàm impedimento est, quòd hanc firmam eorum sententiam, Draconem scilicet bonis omnibus ab initio aduersantem, æternamq. oppugnantem veritatem, de Seraphico ordine apertè expreßèq. in sacris literis non reperiãt: cùm id satis elici per eos possit, qui non oscitanter sacram Scripturam scrutantur, vel ex eodem etiam Propheta haud perperam intellecto, qui eius ruinam enarrans ait: Quo modo enim mane oriebaris Lucifer, & reliqua, ex quibus profectô verbis, si saniori iudicio examinantur, pensanturque, clarè admodum liquet peßimum hoc caput ad

 aliud

aliud quicquàm, quam ad ſupremum omnium ordinem, in quo primum Dei voluntate conditus eſt, referri minime poſſe; tum ex ſtellæ magnitudine, ac perlucido eius fulgore, tum ex diei potiori, ac nobiliori parte: cuius tanti criminis nunquàm eum, ſicut nec cæteros dæmones, immenſa, & infanda malitia, perfidia, & obſtinatione prohibente, vel minima etiam ex parte pœnituit: quamuis ob tam execrandum facinus ex cælo partim in hanc (vt ſupra dictum eſt) tenebroſi, algidiq. aeris regionem, partim, & ad infima tartara extrema cum eorum pernicie, ſumma omnium turpitudine, æternis denique cruciatibus afficiendi deturbati ſunt: in qua tamen humanarum omnem captum excedente miſerrima conditione & ſtatu, longè nihilominus quotidiè eis miſeriora metuenda, formidanda, expectandaq. ſunt: denique adeò peccato ſeſe mancipaſrunt, eoque, vt ſus luto, delectantur, occallueruntq. vt non niſi malum, & velint & agant: quod non hinc ſolùm euenit, quòd Dæmones omnia intellectu percipiunt, quo per prima, vt & nos, principia mouentur: Verùm inde multò magis, quòd hoc modo

diuinæ

diuinæ iustitiæ ordini placitum est confirmari, horrendæ nempe a Deo defectionis crimine non aliter promerente: ita vt nulla dehinc amplius venia gratiaq. qua rursus subleuentur, digni videantur: immò potius in omne æternum grauioribus indies magis, magisque pœnis meritò miseri subijciantur.



DE NATVRA DAEMONVM IO. LAVRENTII Ananiæ Tabernatis Theologi.

LIBER SECVNDVS.

Ex his itaque quàm breuissimè id fieri potuit præmissis, cùm de nomine, ac natura, tùm etiam miserrimo dæmonum lapsu, eiusq. causis unicuique facile rem constare posse arbitror. Ex quo autem pars eorum ad infimos, ut dictum est, tartarorũ abyssos præcipitati, pars uerò altera eaque potior huic nos circundanti obscuro, ac gelido aeri inhæsere, uariam quoque tentandi uoluntatem, atque potestatem nacti pro uarijs ab ipsis commissis criminibus: quorum quidem causa, ne uel minima ducuntur pœnitentia: immò quod in ipso cælo sese assequi potuisse desperarunt, id hic in terris, omnibus neruis uelis remisq. (quod dicitur) freti sua astutia perficere cõtenderũt. Hinc

& actum, ut cum primum Adam iam factum formatumq. conspicarentur, nihil omninò intentatum certè reliquere, Acheronta etiam ipsum mouendo, donec cæterorum omnium conspiratione facta, ipse Lucifer ceu Vertumnus in uaria rerum miracula se animo transformans: tum serpentẽ subiens ipsius sociam uenenata sua astutia circumueniens, socium suæ a Deo creationis auctore, defectionis (proh dolor) faceret. Dracopeta enim Græcè serpẽs est, qui Euæ causa seductionis fuit: nullum enim aliud animal, quam ipsum anguem, ita horribilem aspectu, ei, ut subintraret permissum fuit, nec, ut alio ullo signo, quàm, ut loquendo, suæ uoluntatis sensum clarè exprimeret, concessum: ea maximè de causa, quò nostri primi parentes id conspicati, quasi præmoniti, tam sibi, quàm cunctis suis posteris eò cautius prospicerent, malumq. id omnium maximum declinarent: id quod & ipse Dominus, si ex contumacia sui obliuiscerentur præcepti, sibi euenturum prædixerat. Ipsi porrò Dæmones hanc eorum nũ tàm duram quàm magis miseram & horrendam prouinciam ob odium, quo non solum

lum Deo aduersarentur, sed etiam ob eam, qua laborant, inuidiam : cum hosce in præsenti statu innocentiæ creatos uiderent, ac in futuræ gloriæ, si stabiles permansissent, perstitissentque, conditione, quã dehinc gratia confirmati auctiq. consequerentur, qua ipsi Dæmones ab hominibus uera & perpetua felicitate honoreq. superarentur æterno: uerùm & hoc insuper metuentes, & ueriti, ne homines in eorum sedibus: ex quibus summa & perpetua cum ignominia, gementes & fremebundos se deturbatos minime obliti essent, summa, & perpetua cum gloria, & honore coronandi collocarentur, substituerenturq. quod in eorum ingẽtissimum detrimentum succederet: cuius quidem rei cogitatio quantum timorem dolorem æmulationemq. in eis concitarit, dictu haud facile est, in ijs præsertim Spiritibus, quibus nihil unquam stolida superbia magis elatum, ac vsque dum rumperentur, inflatum auditum est. Inde tantum in odium, tantũq. furorem & rabiem contra Deum, eiusq. denuo formatum opus acti ex proprijs secundæ moræ actibus concepta insania inflammati ardent horrendum in modum, vt

omnia

omnia nunc eorum consilia, acta & facta scelestissima in eum solum scopum, quasi colliment, tendantq. vt si vllo pacto foret possibile, Deum honore suo diuino exuere & spoliare, eundemq. sibi falsò vendicare, omnibus neruis contendant. Cumq. id virulentum odium in ipsum Deum sine vllo successu & frustra quidem se euomiturum Lucifer videret: at in eius creaturam hoc facere tentandum duxit; cum in terrestri Paradiso ad Euam primam nostram matrem, vtpote figmentum imbecillius phaleratis verbis, mira astutia viam affectauit, porrigendo, & ad gustandum inuitando, pomum illud, vt aspectu pulcherrimum, ita gustatum, ac comestum omnium in mundo rerum infelicissimum; causam nempe primam, ac præcipuam, omnium, quorum terra & mare plenum est, malorum, mortis de neque vniuersæ carnis sempiternæ & perpetuæ: Verumtamen & si hinc potissimum apparet tunc Adam ipsum Diabolum hac sua prima seductione, & in posterum quoque perpetuum, & aspondon *bellum toti hominum generi indixisse, adeò vt omnibus pijs perpetuò magisq. quàm*

alijs cum eo decertandum sit: simul tamen hinc Dei omnipotentis in suum figmentum insignis & paterna elucet pietas & prouidentia non adeò Diabolo laxantis frenum, vt sua, quam animo conceperat, sibiq. certo promiserat, perfecta potiretur victoria: siquidem ipsum Adam, (& si postea non minus peccantem) aggredi primum dubitauit quod tamen in Eua, utpote imbecilliori creatura ipsi magis (proh dolor) successit: Adam enim totius generis humani principium magnum mundi miraculum non primum à serpente, sed persuasu potius mulieris suæ delusus legitur ob id mortis reus iustissimo Dei iudicio factus, misericordia tamen Dei ineffabili, qua quodammodo se ipso maior est miro quidem sensit arcano hoc tantum malum sibi alijsq; à se omnibus inflictum duplici morte dignum, tandem fore sic expiandum, ut adultus nemo unquã hoc malo nisi sua quisq. culpa affligẽdus detrudi, æternumq. perire neceße habeat Neque hoc tam scelestissimum facinus ipse Dæmon cum suis cõplicibus tulit inultum, cùm longè attrocissimis pœnis in omnem æternitatem afficiendus dehinc à Deo condemnatus

erit, dictumq. serpenti semen ipsius mulieris contriturum caput eius: Quod & signo diuino unicæ pellis mysterio obumbratum est, qua parentes nostri sese exterius nudos cooperire tegereq. iussi interius animo crimen uultriusq. tandem tegendum, sanandumq. fore non sine maxima animorum lætitia perceperunt uel tum etiam, cum destituti omni spe præ dolore animi infando in æternam desperationem præcipites fuissent acti, peculiaris Angeli illuminatione subleuati, quem secretiores Theologi Raziel fuisse aßerunt, pelle illa ouina uerum & immaculatum agnum ipsis præfigurante. Hinc cùm quod hac uia aggreßus erat, non sibi ex animi sententia succedere Demon uideret, non potuit, non maiorem in modum tristari, ac dolere: uerùm cùm ob nostram præuaricationem ab ipso tanquàm auctore profectam nonnullam, neque eam minimam in nos potestatem sibi accessiße haud ignoraret, sic eam, ut tyrannus, iuste tamen permißam in nos oppugnãdo exercet ut nullã occasionem prætermittat, diuersis technis retia tendens, nunc nostris corporibus, nunc uerò bonis, utinam non insuper pelle tectis,

&

& sanguine agni conspersis multorum animabus: hinc & Satanas, quod perpetuò nobis aduersetur, alio nomine dicitur, unum adhoc, alterũ ad aliud flagitum perpetrandum, in quod scilicet cuiuslibet naturam pronam per se esse uidet, incitando. Varia autem atque diuersa dæmonum nocendi facultas non tam a præstantiori horum (ut aliquibus placet) forma, unde omnis nostra operatio, quàm, ut alijs, & fortaße rectius ex ultimo eorum uario nixu, magnoq. conatu procedit: quo cum adhuc in cælo existerent, magis procliues ad hæc, quam illa flagitia, criminaq. ultrô in diuinam ad peccandum rapiebantur iustitiam: quod nempe æquo etiam Dei euenit arbitrio, ut quanto uehementiori propriæ uoluntatis cupiditate in facinus aliquod aduersus Deum ferebantur; tantò ardentius ijsdem nos oppugnare delictis pertentando, plusquam ingrati in eorum creatorem, atrociori supplicio, æternoq. cruciatu ad tartara detrusi, mille tormentorum pœnarumq. generibus afficiẽdi. Verùm & hæc dæmonum in nos quæsita potestas, nosq. sine fine seducendi studium suis etiam finibus, & carceribus a Deo,

& mi-

& misericorde & iusto inclusum est. Ipse enim, qui nullum sibi fidelem, dictoq. audientem vltra vires tentare permittit, Angelos singulos singulis seu plures omnibus pro uaria eorum, diuersaq. dignitate attribuit: quibus, & si ante lapsum non absimiles erant: tamen nunc, vt vilissima mancipia, (maxima certè capitis diminutione minuti) velint nolint, subiecti sunt. Quamquã veteris suæ superbiæ fermento in dies magis magisq. inflati non secus: ac simia homi num facta, dæmones Angelorum imitari student, qua in re vtpote impossibili sese crebrò turpiores, ac etiam turpissimos ostentant quod vel ex Pharaonis magorum tertio signo ipsa meridiana luce clarius ostenditur. At quæ nam hæ res sint, & quando eueniant, humani ingenij imbecillitatem fugit: id nobis scire sufficit Dæmones cũ antea maiora fecissent minora tamẽ multò facere fuiße prohibitos. Ii dæmones ipsi a prima statim hora atq. in lucẽ sumus editi, immò in ipso utero materno, nobis summò aduersantur opere hinc & malos genios, nũcupauere Latini Poetæ, quos falsò nobiscũ nasci cẽsuerũt: ob peccatũ enim originis variã sibi nobis nocendi-

cēdi ansā datā arbitrātur, min ori aut maiori malitia præpollētibus, quibus sæpe numerò Angelorū non adiuti præsidio, dubio procul succūberemus. Si quam autem victoriā inde reportamus, (quam quidem frequentissimam sanctos Dei reportaße scimus) id diuinæ gratiæ auxilio, castorumq. Angelorum præsidio non immeritò adscribendum est. Nobis certè, qui nec astu, nec per nos ipsos armis pares vnquàm esse possumus, hosti antiquo Draconi semper succumbendum esset diuino auxilio destitutis & si ex ultimo & infimo Angelorum ordine sint qui tentant spiritus, excepto tamen qui primos parentes in terrestri Paradiso, & in deserto Christum tentationibus aggreßus est, quem quidem supremum eorum præstantia esse oportuit, Duò qui enim principia status innoxij vnum, gratiæ alterum: quorum neutri seruitus inerat: vbi alter sic in gratia constitutus fuit, vt poßēt, quamquàm deliquit, non delinquere, alter autem eiusmodi naturæ, vt in eum nullum omninò peccatum ob hypostaticam unionem cadere potuerit qui quidem spiritus & si vnius formæ sint qui tentatum accedunt minime

tamen

tamen habeant inter se tentandi æquam potestatem nihilominus cùm & inter cunctas animas, vnius formæ, magna reperiatur varietas ex internis propriæ eßentiæ gradibus promanans: ex quibus etiam gradibus varia spiritibus in peccando conatuum obuenit magnitudo, ac diuersitas. Quod eò magis affirmandum videtur, quòd, præterquàm, quòd nihil prorsus inde absurdi procedere potest, rerum etiam ordo id exposcere, ac requirere apparet: quo scilicet, uti qui maiori gloriæ prædestinantur, vt plerique beati, ac sancti fuere, angelos etiam ipsos virtute præpollentes, licet haud diuersæ formæ, nisi ob officium suscipiant: sic & qui grauiori miseriæ præsciuntur, vt plurimi fuere, ac indies sunt apostatæ, hæresiarchæ, pedicones, cæteriq. hoc genus flagitijs nobilitati, dæmones quoque eiusdem speciei impensè malos sibi accersant: cùm contrariorum, vt alibi docetur, eadem sit ratio & doctrina. Hinc euenit, ut qui officij præstantiorem præter custodem, angelum sortiti sunt: ijdem & dæmonem aliqua inclinatione propensiorem alicui uitio accipiantur, qui plus defatigentur, elatum, ac superbum,

bum, quò armis æqualibus contendere queaut: qui quidem impuri ſpiritus haud inuiti, qua ſunt. aſtutia, ſeſe aßociant, vt eò facilius voti ſui compotes fieri poſſint, iam à primo noſtro ortu ſtatim, (ut multis placet) corporibus, ni probibeantur nociturì: animæ uerò nõ ante, quàm liberi arbitrij uoluntate nos regi contingat: quod ut plurimum ſeptimo ætatis anno fieri aſſolet: nec etiam ſine conſilio: utpote ſpiritus maxima calliditate præditi & uaferrimi temerè nobiſcum congrediuntur: ſed qui uictoriam, quaſi certam iam ante ſibi promittant conſcij noſtræ imbecillitatis, & quam in peccata propter uitium originis noſtramquæ uoluntatem proni ruamus; eo ſtratagemate uſi, quod noſtrorum omnium animi qualitates, ac paſſiones, tum ex parentium conſtitutione, noſtraq. conſuetudine, tum etiam ex propria cuiuſque geneſi corporis confectione perfectiſſimas habent: facillimò quippe negocio hos fore Saturninos, hos uerò maligno, & crudeli Martis influxui obnoxios, Illos Venerem aſpexiſſe retrogradam, nec Lunam, neque Solem in eorum horoſcopo ijs benignè fauiſſe. Omnium enim hominum

Aſtro-


Astrologicarum aliarumq. rerum, longè sunt peritissimi, perspicuitate ingenij, diuturnoq. tot mille annorum usu, qui solus facit artifices, maximè edocti. Qua de re fit, ut & quæ natura eueniant, immò quò sua quemq. inclinatio ferat, usque adeò exactè calleant, ut solum ij religione, quô nos ducimur, decipi uideantur. Proinde, quo minore negotio nos circumueniant, laqueisq. suis irretiant, eò maiori astutiæ ordine nobis imponere sese accingunt. Quos enim natura magis in furorem iramq. præcipites ferri intelligunt, ijs ætherei spiritus, huic rei magis perficiendæ accommodati, negocium facessunt. Sic enim quidam nominantur nō quod aliquam ut Platonicis placitum est habeant cum proprijs elementis cognationem: quid enim Spiritui cum materia elementari? nimirum nihil: alioquin corpus in Spiritum, illeq. in alterum natura ageret, quo nihil absurdius. Vbi nulla in re quo natura mutuò pati possint, conueniant: non itaque ob elementorum analogiam sic dicti sunt hi spiritus, ut multi sibi ex philosophis persuaserunt: sed potius a locis elementorum, quæ inhabitant, hoc ip-

sis

aliud quicquàm, quam ad supremum omnium ordinem, in quo primum Dei voluntate conditus est, referri minime posse; tum ex stellæ magnitudine, ac perlucido eius fulgore, tum ex diei potiori, ac nobiliori parte: cuius tanti criminis nunquàm eum, sicut nec cæteros dæmones, immensa, & infanda malitia, perfidia, & obstinatione prohibente, vel minima etiam ex parte pænituit: quamuis ob tam execrandum facinus ex cælo partim in hanc (vt supra dictum est) tenebrosi, algidiq. aeris regionem, partim, & ad infima tartara extrema cum eorum pernicie, summa omnium turpitudine, æternis denique cruciatibus afficiendi deturbati sunt: in qua tamen humanarum omnem captum excedente miserrima conditione & statu, longè nihilominus quotidiè eis miseriora metuenda, formìdanda, expectandaq. sunt: denique adcò peccato sese mancipa-runt, eoque, vt sus luto, delectantur, occallue runtq. vt non nisi malum, & velint & agant: quod non hinc solùm euenit, quòd Dæmones omnia intellectu percipiunt, quo per prima, vt & nos, principia mouentur: Verùm inde multò magis, quòd hoc modo

diuinæ

diuinæ iustitiæ ordini placitum est confirmari, horrendæ nempe a Deo defectionis crimine non aliter promerente: ita vt nulla dehinc amplius venia gratiaq. qua rursus subleuentur, digni videantur: immò potius in omne æternùm grauioribus indies magis, magisque pœnis meritò miseri subijciantur.



DE NATVRA DAEMONVM IO. LAVRENTII Ananiæ Tabernatis Theologi.

LIBER SECVNDVS.

EX his itaque quàm breuissimè id fieri potuit præmissis, cùm de nomine, ac natura, tùm etiam miserrimo dæmonum lapsu, eiusq. causis unicuique facile rem constare posse arbitror. Ex quo autem pars eorum ad infimos, ut dictum est, tartarorũ abyssos præcipitati, pars uerò altera eaque potior huic nos circundanti obscuro, ac gelido aeri inhæsere, uariam quoque tentandi uoluntatem, atque potestatem nacti pro uarijs ab ipsis commissis criminibus: quorum quidem causa, ne uel minima ducuntur pænitentia: immò quod in ipso cælo sese assequi potuisse desperarunt, id hic in terris, omnibus neruis uelis remisq. (quod dicitur) freti sua astutia perficere cõtenderũt. Hinc

& actum, ut cum primum Adam iam factum formatumq. conspicarentur, nihil omninò intentatum certè reliquere, Acheronta etiam ipsum mouendo, donec cæterorum omnium conspiratione facta, ipse Lucifer ceu Vertumnus in uaria rerum miracula se animo transformans: tum serpentē subiens ipsius sociam uenenata sua astutia circumueniens, socium suæ a Deo creationis auctore, defectionis (proh dolor) faceret. Dracopeta enim Græcè serpēs est, qui Euæ causa seductionis fuit: nullum enim aliud animal, quam ipsum anguem, ita horribilem aspectu, ei, ut subintraret permissum fuit, nec, ut alio ullo signo, quàm, ut loquendo, suæ uoluntatis sensum clarè exprimeret, concessum: ea maximè de causa, quò nostri primi parentes id conspicati, quasi præmoniti, tam sibi, quàm cunctis suis posteris eò cautius prospicerent, malumq. id omnium maximum declinarent: id quod & ipse Dominus, si ex contumacia sui obliuiscerentur præcepti, sibi euenturum prædixerat. Ipsi porrò Dæmones hanc eorum nō tàm duram quàm magis miseram & horrendam prouinciam ob odium, quo non solum

lum

lum Deo aduersarentur, sed etiam ob eam, qua laborant, inuidiam: cum hosce in præsenti statu innocentiæ creatos uiderent, ac in futuræ gloriæ, si stabiles permansissent, perstitissentque, conditione, quã dehinc gratia confirmati auctiq. consequerentur, qua ipsi Dæmones ab hominibus uera & perpetua felicitate honoreq. superarentur æterno: uerùm & hoc insuper metuentes, & ueriti, ne homines in eorum sedibus: ex quibus summa & perpetua cum ignominia, gementes & fremebundos se deturbatos minime obliti essent, summa, & perpetua cum gloria, & honore coronandi collocarentur, substituerenturq. quod in eorum ingẽtissimum detrimentum succederet: cuius quidem rei cogitatio quantum timorem dolorem æmulationemq. in eis concitarit, dictu haud facile est, in ijs præsertim Spiritibus, quibus nihil unquam stolida superbia magis elatum, ac vsque dum rumperentur, inflatum auditum est. Inde tantum in odium, tantũq. furorem & rabiem contra Deum, eiusq. denuo formatum opus acti ex proprijs secundæ moræ actibus concepta insania inflammati ardent horrendum in modum, vt

omnia nunc eorum consilia, acta & facta scelestissima in eum solum scopum, quasi colliment, tendantq. vt si vllo pacto foret possibile, Deum honore suo diuino exuere & spoliare, eundemq. sibi falsò vendicare, omnibus neruis contendant. Cumq. id virulentum odium in ipsum Deum sine vllo successu & frustra quidem se euomiturum Lucifer videret: at in eius creaturam hoc facere tentandum duxit; cum in terrestri Paradiso ad Euam primam nostram matrem, vtpote figmentum imbecillius phaleratis verbis, mira astutia viam affectauit, porrigendo, & ad gustandum inuitando, pomum illud; vt aspectu pulcherrimum, ita gustatum, ac comestum omnium in mundo rerum infelicissimum; causam nempe primam, ac præcipuam, omnium, quorum terra & mare plenum est, malorum, mortis de neque vniuersæ carnis sempiternæ & perpetuæ: Verumtamen & si hinc potissimum apparet tunc Adam ipsum Diabolum hac sua prima seductione, & in posterum quoque perpetuum, & ἄσπονδον *bellum toti hominum generi indixisse, adeò vt omnibus pijs perpetuò magisq. quàm*

alijs

aliȷs cum eo decertandum ſit: ſimul tamen hinc Dei omnipotentis in ſuum figmentum inſignis & paterna elucet pietas & prouidentia non adeò Diabolo laxantis frenum, vt ſua, quam animo conceperat, ſibiq. certo promiſerat, perfecta potiretur victoria: ſiquidem ipſum Adam, (& ſi poſtea non minus peccantem) aggredi primum dubitauit quod tamen in Eua, utpote imbecilliori creatura ipſi magis (proh dolor) ſucceſſit: Adam enim totius generis humani principium magnum mundi miraculum non primum à ſerpente, ſed perſuaſu potius mulieris ſuæ deluſus legitur ob id mortis reus iuſtiſſimo Dei iudicio factus, miſericordia tamen Dei ineffabili, qua quodammodo ſe ipſo maior eſt miro quidem ſenſit arcano hoc tantum malum ſibi aliȷsq; à ſe omnibus inflictum duplici morte dignum, tandem fore ſic expiandum, ut adultus nemo unquã hoc malo niſi ſua quiſq. culpa affligẽdus detrudi, æternumq. perire neceſſe habeat Neque hoc tam ſceleſtiſſimum facinus ipſe Dæmon cum ſuis cõplicibus tulit inultum, cùm longè attrociſſimis pœnis in omnem æternitatem afficiendus dehinc à Deo condemnatus

erit, dictumq. serpenti semen ipsius mulieris contriturum caput eius: Quod & signo diuino unicæ pellis mysterio obumbratum est, qua parentes nostri sese exterius nudos cooperire tegereq. iussi interius animo crimen uulniusq. tandem tegendum, sanandumq. fore non sine maxima animorum lætitia perceperunt uel tum etiam, cum destituti omni spe præ dolore animi infando in æternam desperationem præcipites fuissent acti, peculiaris Angeli illuminatione subleuati, quem secretiores Theologi Raziel fuisse aßerunt, pelle illa ouina uerum & immaculatum agnum ipsis præfigurante. Hinc cùm quod hac uia aggreßus erat, non sibi ex animi sententia succedere Demon uideret, non potuit, non maiorem in modum tristari, ac dolere: uerùm cùm ob nostram præuaricationem ab ipso tanquàm auctore profectam nonnullam, neque eam minimam in nos potestatem sibi accessiße haud ignoraret, sic eam, ut tyrannus, iuste tamen permißam in nos oppugnãdo exercet ut nullã occasionem prætermittat, diuersis technis retia tendens, nunc nostris corporibus, nunc uerò bonis, utinam non insuper pelle tectis,

&

& sanguine agni conspersis multorum animabus: hinc & Satanas, quod perpetuò nobis aduersetur, alio nomine dicitur, unum adhoc, alterũ ad aliud flagitum perpetrandum, in quod scilicet cuiuslibet naturam pronam per se esse uidet, incitando. Varia autem atque diuersa dæmonum nocendi facultas non tam a præstantiori horum (ut aliquibus placet) forma, unde omnis nostra operatio, quàm, ut alijs, & fortaße rectius ex ultimo eorum uario nixu, magnoq. conatu procedit: quo cum adhuc in cælo existerent, magis procliues ad hæc, quam illa flagitia, criminaq. ultrò in diuinam ad peccandum rapiebantur iustitiam: quod nempe æquo etiam Dei euenit arbitrio, ut quanto uehementiori propriæ uoluntatis cupiditate in facinus aliquod aduersus Deum ferebantur; tantò ardentius ijsdem nos oppugnare delictis pertentando, plusquam ingrati in eorum creatorem, atrociori supplicio, æternoq. cruciatu ad tartara detrusi, mille tormentorum pænarumq. generibus afficiẽdi. Verùm & hæc dæmonum in nos quæsita potestas, nosq. sine fine seducendi studium suis etiam finibus, & carceribus a Deo, & mi-

& misericorde & iusto inclusum est. Ipse enim, qui nullum sibi fidelem, dictoq. audientem vltra vires tentare permittit, Angelos singulos singulis seu plures omnibus pro uaria eorum, diuersaq. dignitate attribuit: quibus, & si ante lapsum non absimiles erant: tamen nunc, vt vilissima mancipia, (maxima certè capitis diminutione minuti) velint nolint, subiecti sunt. Quamquã veteris suæ superbiæ fermento in dies magis magisq. inflati non secus: ac simia homi num facta, dæmones Angelorum imitari studente, qua in re vtpote impossibili sese crebrò turpiores, ac etiam turpissimos ostentant quod vel ex Pharaonis magorum tertio signo ipsa meridiana luce clarius ostenditur. Atquæ nam hæ res sint, & quando eueniant, humani ingenij imbecillitatem fugit: id nobis scire sufficit Dæmones cũ antea maiora fecissent minora tamẽ multò facere fuiße prohibitos. Ii dæmones ipsi a prima statim hora atq. in lucẽ sumus editi, immò in ipso utero materno, nobis summò aduersantur opere hinc & malos genios, nũcupauere Latini Poetæ, quos falsò nobiscũ nasci cẽsuerũt: ob peccatũ enim originis variã sibi nobis nocendi

cēdi ansā datā arbitrātur, min ori aut maiori malitia præpollētibus, quibus ſæpe numerò Angelorū non adiuti præſidio, dubio procul ſuccūberemus. Si quam autem victoriā inde reportamus, (quam quidem frequentiſſimam ſanctos Dei reportaſſe ſcimus) id diuinæ gratiæ auxilio, caſtorumq. Angelorum præſidio non immeritò adſcribendum eſt Nobis certè, qui nec aſtu, nec per nos ipſos armis pares vnquàm eſſe poſſumus, hoſti antiquo Draconi ſemper ſuccumbendum eſſet diuino auxilio deſtitutis & ſi ex ultimo & infimo Angelorum ordine ſint qui tentant ſpiritus, excepto tamen qui primos parentes in terreſtri Paradiſo, & in deſerto Chriſtum tentationibus aggreſſus eſt, quem quidem ſupremum eorum præſtantia eſſe oportuit, Duò qui enim principia ſtatus innoxij vnum, gratiæ alterum : quorum neutri ſeruitus inerat: vbi alter ſic in gratia conſtitutus fuit, vt poſſet, quamquàm deliquit, non delinquere, alter autem eiuſmodi naturæ, vt in eum nullum omninò peccatum ob hypoſtaticam unionem cadere potuerit qui quidem ſpiritus & ſi vnius formæ ſint qui tentatum accedun; minime

tamen habeant inter se tentandi æquam potestatem nihilominus cùm & inter cunctas animas, vnius formæ, magna reperiatur varietas ex internis propriæ essentiæ gradibus promanans: ex quibus etiam gradibus varia spiritibus in peccando conatuum obuenit magnitudo, ac diuersitas. Quod eò magis affirmandum videtur, quòd, præterquàm, quòd nihil prorsus inde absurdi procedere potest, rerum etiam ordo id exposcere, ac requirere apparet: quo scilicet, uti qui maiori gloriæ prædestinantur, vt plerique beati, ac sancti fuere, angelos etiam ipsos virtute præpollentes, licet haud diuersæ formæ, nisi ob officium suscipiant: sic & qui grauiori miseriæ præsciuntur, vt plurimi fuere, ac indies sunt apostatæ, hæresiarchæ, pedicones, cæteriq. hoc genus flagitijs nobilitati, dæmones quoque eiusdem speciei impensè malos sibi accersant: cùm contrariorum, vt alibi docetur, eadem sit ratio & doctrina. Hinc euenit, ut qui officij præstantiorem præter custodem, angelum sortiti sunt: ijdem & dæmonem aliqua inclinatione propensiorem alicui uitio accipiantur, qui plus defatigentur, elatum, ac superbum,

bum, quò armis æqualibus contendere queaut: qui quidem impuri spiritus haud inuiti, qua sunt. astutia, sese aßociant, vt eò facilius voti suì compotes fieri possint, iam à primo nostro ortu statim, (ut multis placet) corporibus, ni probibeantur nocituri: animæ uerò nō ante, quàm liberi arbitrij uolun tate nos regi contingat: quod ut plurimum septimo ætatis anno fieri assolet: nec etiam sine consilio: utpote spiritus maxima calliditate præditi & uaferrimi temerè nobiscum congrediuntur: sed qui uictoriam, quasi certam iam ante sibi promittant conscij nostræ imbecillitatis, & quam in peccata propter uitium originis nostramquæ uoluntatem proni ruamus; eo stratagemate usi, quod nostrorum omnium animi qualitates, ac passiones, tum ex parentium constitutione, nostraq. consuetudine, tum etiam ex propria cuiusque genesi corporis confectione perfectissimas habent: facillimò quippe negocio hos fore Saturninos, hos uerò maligno, & crudeli Martis influxui obnoxios, Illos Venerem aspexisse retrogradam, nec Lunam, neque Solem in eorum horoscopo ijs benignè fauisse. Omnium enim hominum

Astro-

Astrologicarum aliarumq. rerum, longè sunt peritissimi, perspicuitate ingenij, diuturnoq. tot mille annorum usu, qui solus facit artifices, maximè edocti. Qua de re fit, ut & quæ natura eueniant, immò quò sua quemq. inclinatio ferat, usque adeò exactè calleant, ut solum ij religione, quô nos ducimur, decipi uideantur. Proinde, quo minore negotio nos circumueniant, laqueisq. suis irretiant, eò maiori astutiæ ordine nobis imponere sese accingunt. Quos enim natura magis in furorem iramq. præcipites ferri intelligunt, ijs ætherei spiritus, huic rei magis perficiendæ accommodati, negocium facessunt. Sic enim quidam nominantur nõ quod aliquam ut Platonicis placitum est habeant cum proprijs elementis cognationem: quid enim Spiritui cum materia elementari? nimirum nihil: alioquin corpus in Spiritum, illeq. in alterum natura ageret, quo nihil absurdius. Vbi nulla in re quo natura mutuò pati possint, conueniant: non itaque ob elementorum analogiam sic dicti sunt hi spiritus, ut multi sibi ex philosophis persuaserunt: sed potius a locis elementorum, quæ inhabitant, hoc ip

sis

ſis nomen obuenit: nec tamen ita caliginoſo huic alligati ſunt aeri, ut omnis quoquo locorum obambulandi eis præcluſa ſit poteſtas, vbi ſæpe diuerſiſſima Elementorum interſtitia peruolitent: nec vllus reperiatur locus, in quo non mille ſuis nocendi artibus occaſionem captent, ac inſtar Harpyarum infernalium ferali ſuo contactu, (vt Poetæ verbis vtar) omnia fœdent, ac polluant. Quos verò ambitionis vitio natura præ cæteris laborare perſpectos habent, hos pituita aerei aggrediuntur, diuexantq. Oſcitantia torpentes, ac libidine inſtigatos aquei ſanguine ſatis exercent, Auaritia, diraq. habendi cupidine infectos atra bili terrei defatigant: qui quidem inter cæteros principatum obtinere dicuntur: qui & alias ut ſerpentes nomen ſortiti ob diuerſum, quo circumaguntur, ſitum, ac poſitum. Ex quo fit, ut qui nos ad omnimodā a Deo creatore defectionem apoſtaſiamq. ſolicitant, ab Aquilone denominationem acquiſiuerint, qui ſemper pro malo & ominoſo Cabaliſtis habitus eſt, non tamen ab illo cæleſti, quò quidem Lucifer princeps eius propria ſtolidita te aſcendere præſumpſerat: ſed a terreſtri

potius

potius, ad quem merita suorum scelerum præmia referens, cum aliis suæ farinæ principibus repentino ictu fulguris instar cælo exclusus corruit. Atq. hos Hebræorum, Mechubales præcipuæ potestatis, insignisq. nequitiæ eße affirmant. A meridie vero ij dicuntur qui nobis blanditijs imponi, gaudẽt quo optatis rebus contra nos potiantur: genus & hoc demonum, non minus, quàm terrestre, pessimum, quodque in eo, quod perficere intendit, nullum non mouens lapidem, solet esse potentissimum: Dauidis exemplo docemur, qui Deum assiduis notis & compellare, & exorare iubet, vt ab huius astu & insidijs vmbra alarum suarum nos protegat: inquit enim a dæmone meridiano, &c. Qui verò diuinationibus, quarum humanas mentes natura curiosas auidissimasque, vti & ipsius Adam, haud ignorant, nos adoriri tentant, quod cùm Dei tantum proprium sit scire futura, omnes his curiositatibus frenum laxantes peccatum incurrere palam est ij Eoi nominantur, cæteris plus uafricia, iactantia, ac mille dolis præcellentes. At qui nos frequenter in mæstitiam inducunt, animiq. desperationibus succum-

bere moliuntur, rationi rectæ mendaciorum tenebras obtendentes, Occidui vocantur: his omnibus mirando Dei, nobisq. occulto iudicio quotidie, vel singulis etiam horis nos, vt infestent, potestas data est, nō tamen vt ex æquo nostrum vnumquemque: In quibus quidem continuis tentationum pugnis quid mirum? si vel crebrius in dies victi ab hoste callidissimo prosterneremur, ni diuina ope suffulti erigeremur: Paterna enim sua in nos affectione sic rem moderatus est, ne hi spiritus semper propria essentia, ac pro eorum malignæ voluntatis libitu animi nostri affectibus incommodare possint; quamuis omnibus conatibus nihil intentatum relinquentes, & extrinsecus & interne id sedulò operā dent: hac enim via peccato nos originis contaminatos ijs aggrediendi, vt dictum est, potestas à Deo facta est, quo fit, vt crebrò in nobis varias animorum perturbationes conciten, imaginationes corrumpant, phantasiasq. ad eorum peruersum libitum accommodent, diuerso quod faciunt phantasmatum motu, interiorive concupiscentiæ accensu; tamen nihil vel parum ijs omnibus adhibitis machinis promouent, si modò no-

bismet

bisnet ipsis deeße nolimus, nostro appetitui deprauato indulgendo; gratia omnipotentis, sanctorumq. Angelorum pro nobis perpetuò excubias agentium auxilio adiuti, modo fortiter illis resistamus. Neminem enim his præsidijs munitum reluctantem violenter trahere, sed spontè peccatis indulgentem, ipsosq. sequentē ducere possunt. Quod vero non semper ex æquo, vnis ijsdemq. peccatis nos solicitent, vt paulo ante dictū est: ob id credo factum, (aut quod) ipsius cæli magis propitiam in nostra corpora sentientes virtutem, ex parte impediantur, aut quòd sanctorum Angelorum arceantur excubijs, præsertim cùm nos gratia diuina corroboratos sentiunt: quod vel ex Balaam ariolo non obscurè deprehendere est, qui vt populo Dei omnia infausta diraq. precaretur, propriæ Israelis intelligētiæ oppositum influxum, quo quæ imprecaturus erat, vt reperiret, solicitè quæsiuit, dum per mōtes uarios ascenderet, nunc hæc, nunc illa expectans tempora: & hinc vsu venit, vt magis hoc, quàm illo loco frequentiusq. nocte, quàm die nos infestent: maximè vero ante noctem intempestam, quādo more Hebræo

rum mane diei incipit, & din ut ipsi aiunt, uiget, durum dixeris iudicium. Nec ita mirum cuiquam uideri potest, quod eo potius, quàm alio tempore maior dæmonum sit facta potestas, qui enim Spiritus tenebrarum in ipsis tenebris tanquam in suo regno potentiores? à quibus & suos sortiti sunt titulos, ut nempe potestates tenebrarum in sacris literis uocitentur. Iis autem ob eorum peculiarem ab alijsq. distinctam perfidiam & nequitiam non semper ex æquo, pro eorum, ut dictum est, rabie uno tentationum genere nos aggredi datum est, cùm magis hoc, quàm illo tempore, ac die (quod & de superioribus dictum) hac uel illa uigilia, hora, & momento, uiribus præualeant: tum ob diuersam Angelorum mutationem, mutuis enim uicissitudinibus pro ratione temporum, ac uigiliarum, non secus, ac milites excubitores in specula collocati sibi succedunt. Hanc autem rem sic sese habere, patet uel ex eo ad oculum, quòd Angelus cum Iacob Patriarcha noctu multum diuq. luctatus ob has diuersas uigilias instanter ab eo, ut dimitteretur, quæsiuit. Porrò, & propter diuersum cæli influxum, uariumq. situm, sub

uno,

uno, magis, quàm alio possunt, ac præualent. hi enim situm suis institutis malignis nacti idoneum, loci mutatione, (ut postea dicetur) maximè in suis rationibus turbantur, eamq. nobis magni esse momenti ad præcauenda, auertendaq. mala nobis ab illis immi nentia, uel ex Angelis clarum est, qui diuinum iussum exequuturi, deq. Sodomæis sup plicium sumpturi, pium, Deoquæ dilectum Loth, ut inde fuga sibi consuleret, locumq. mutaret, fideliter monuerunt. Temporis etiam diuersi diuersa ratio, ipsis uel se cunda, uel aduersa accidere solet. hinc non sine causa sancta Ecclesia Catholica ritum populi Israelitici piè æmulans, consueuit, vt septies in die, statis tamen horis ad Deum Optimum Maximum preces effundantur, forsan quod his ipsis astutissimus ille hostis in nullas non occasiones intentissimus maiores insidias animabus nostris struat, & si alioquin, ne vel exiguo temporis momento, (inæqualiter tamen) in nobis oppugnandis ferietur. Circuit enim haud secus, ac Leo rugiens quærens semper, quem deuoret. Hoc autem conuenientissimo epitheto diabolus à Spiritu Santo depingitur, cum aperto quasi

Marte nos aggressurus est; quod assiduè facit, cum in tenebris magis, quàm in luce, potentiusq. uires suas contra nos exerat: quo agitur; ut Saluator noster æterna ueritas æterni patris nos, dum lucem habemus, operari iubeat, paternisq. monitionibus hortari non destitit. ex quo & mos ille introductus est, ut morituris, (his enim crebrò tum temporis omnibus dæmon conspiciendum se exhibere solet, maximisq. tetationibus eos concutit) candelæ accendantur ueram lucem, de qua Simeon canit, lumen de lumine nobis præfigurantes. Ipsæ quoque Romanorum leges tenebras non immeritò tam suspectas, infensasq. habent, ut nullam sententiam legitimam noctu, nisi tribus luminaribus accensis proferri sinant: qua re ut præsentia huius luminis fallaces dæmonum insidiæ, quas nobis struunt, retundantur retardanturque, ita eius absentia maiores uires in nos sumere omnium ferè antiquorum Thalmudistarum doctrinis traditum legimus: quod tamen non ita accipiendum, quod hoc elementari lumine haud secus, ut ægrorum oculi radijs solaribus offendantur, & à suo cœpto repellantur: Spiritus enim sunt,

& sic

& sic ab omnibus corporei tactus affectionibus natura immunes. nam si ab hac luce pœna aliqua eis formidanda foret; ut nonnulli Hebræorum Mechubales somniarunt: quod & Arabes eorum falsa religione moti sequuntur; hoc absurdum inde euenire necessum esset: Dæmones minimè quocunque locorum se recipiant, semper inferorum pœnas subsequi, cùm caliginosi aeris subterfugio, ac specuum causa hanc lucem omnem, siue a Sole, cæterisue astris, ipsoq. igne profectam declinare, uitareq. possint: neq; tamen hinc affirmandum dæmones nihil prorsus angoris & cruciatus ab his Solaribus, reliquorumq. Planetarum radijs sentire, aut etiam ignis elementaris flammis affici, cùm id fieri possit, non tamen, quòd sensu, aut aliquo uirtutis contactu sed potius quòd intellectu sibi aduersari intelligant, ut eis accidit ad campanarum sonitum, facesq. accensas, ad quas quidem à sacerdote Christiano, cæterisquæ religiosis ipso Purificationis festo preces fieri consueuere, aut quæ sanctorum, qui de his triumphum reportarunt reliquias, aliaq. id genus similia, ex quibus quidem omnibus infinitam illius supernæ lu-

 cis,

cis uirtutem, cuius latiſſimo aſpectu, & uitam & motum accipimus, ſatis agnoſcunt, ac percipiunt, Chriſtum nempe ipſum, lapidem angularem ipſorum ſtolida ſuperbia reprobatum & contemptum, non ſine extrema æterna morte luenda. Quocirca non abs re factum, ut ſancta Apoſtolica & Catholica Eccleſia a primitiua, quaſi per manus tradito & accepto more, hunc luminum uſum in hunc uſque diem retineat, non quod omnes omnium generum dæmones (plures enim ſunt) hac luce Elementari in fugam acti prorſus, ac ſemper à nocendo deſiſtant. Aliqui enim (cum ſex a Platonicis numerentur genera) non ita hanc lucem occulta eorum proprietate odio habent: nec adeo eius præſentiam metuunt, quin ad omnes Candelas ab eccleſia benedictas, aut quæ ſanctorum reliquias tetigere; ne dicam de alijs luminibus, ita immoti perſiſtunt, ut ni ſupremi luminis uirtutem expaueſcant, ſuperiorumq. uim metuãt a perpetrãdis malis uix deſiſtũt; frequẽter enim id eueniße legimus. Verùm cùm ipſis dæmonibus nos graſſari in animo eſt, frequẽtius anſam arripiũt ex noſtris prauis cogitationibus, ocioſis & obſcænis

scænis dictis & factis cælesti influxui diuinæq. gratiæ contrarÿs, Angelicorumq. præsidiorum expultricibus: siquidem purissimi diuini numinis virtus non nisi castissima pectora inhabitare gaudet. Cumq. nos propria eorum essentia tentatum venientes adoriuntur, tanta subitò spirituum compressio, animi angustia, repentinusq. mæror nos inuadit, occupatque, vt sæpe sic quasi obsessos, vel propriæ vitæ nos tædium capiat, ab ipsis nempè dæmonibus euenit, quibus nihil magis horrendum tristiusque nostris spiritibus adeò conturbatis existit: quæ quidem animi subitanea quasi exstasi abrepta desperatio, vt plurimum ab occulta causa prouenit: longè melius, sentiunt meo iudicio Cabalistæ, dæmonum accessui ascribentes, quam Astrologi solis astris eam acceptam referentes. Siquidem, si hoc desperationis genus duntaxat à cælo efficeretur, nequaquam tam repente & euestigio quasi, nec etiam sine insigni aliqua corporis, ac animi, valetudinis mutatione, aut dispendio, vt fit assidue, contingeret. Nec tamen negādum, cùm dæmones gladiatorio animo ad nos affectant viā, eos nobis aduersorum siderum aspectum

occasiones negligere, haud ignari malis corpora scilicet nostra peccati originis culpa infecta astris affici, quin & animos ob contactum inclinari, & si magis numinis imminutionem curantes, quæ vt succedat, non tam sidera, quam ipsa flagitia in causa sunt. Ex quo fit, vt nullo non tempore, cum etiam iustus septies in die cadat, in nobis tentandis oppugnandisq. strenuam nauent operam pro eo, quo nos fallere, ac circumuenire dolose flagrant, aut potius toti æstuant desiderio: huius, quo compotes fiant, omnia postponunt reliqua, etiam ipsam, quam sibi imaginantur habere lætitiam temporaneam; cum verum, aut solidum gaudium nullo pacto in eos cadere possit ob perpetuũ ignem, uermem nunquam moriturum, æternos denique inferorum cruciatus, quibus mancipati sunt & dolore præsentium, & timore futurorum. Hoc autem omnem humanum captum excedens, tristissimumque, & acerbissimum tormentum non hinc eos afficit, quo ad pœnam coexistentem, quæ in Deo, ut beatitudinis obiecto nunquam uidendo consistit, quò diris flammis hi nequam Spiritus uel etiamnum uruntur: sed à supplicio

quod

quod ex accidenti apud Theologos nomen obtinuit; quod tum à loco deteriori, cum ex hoc tenebroso, vbi crebrius uersantur aere omnes ad inferna, omni spe inde redeundi penitus præcisa, intrudendi sunt maiori cum angustia ob mala, ad quæ induxere damnatos: tum etiam a sensibili igne, tamquàm Diuinæ iustitiæ instrumento singuli castigandi satis superq. sunt, cui profectò igni in omne æuum destinati tanto vehementius ardebunt, quantò magis peccarunt, ac in nos grauius scelus machinati fuerunt, ter, & amplius sine fine omnium miserrimi: res profectò mirabilis Spiritus à corpore perpeti posse, at non incredibilis: nã si Deus Sacramentis, quæ ex materia, ac verbis constant, hanc adhibet virtutem, vt à proprijs originisq. peccatis nos expient: cur non adhibebit econuerso igni, quo damnatorum spiritus ardent, eam vim, ac potestatem quando ex obedientiæ iniuncta potentia nihil Deo, ni contradicat, repugnare potest nimirũ adhibebit, eo maximè, quòd hac in re tali vtitur potestate, ac dominio. Nec tamen propterea aliquid de suo in nos, quo sunt, animo doloso & pessimo remittunt: ita-

que continuo viuæ fidei Clypeo munitis aduersus eos nobis prælio decertandum est, a Deo suppetias & petentibus, & spe non dubia expectantibus, iuxta Principis Apostolorum Diui Petri præceptum, cum fide fortiter eis resistendum: venit enim Diabolus a Deo, vt tentet, quo interiorem inspiciat hominem, vbi haud vnquàm nostram non machinatur ruinam, minime sic à Deo missus: at quo est animo in nos maleuolo, ac in Deum insolenti haud immeritò permissus. Diuina autem eius misericordia, & si nos sæpe dominus non ob nostri perditionem, sed potius æternam saluationem, his tentationibus exerceri permittit; nunquàm tamen, modo nobis ipsis non desimus, in ijs nos submergi succumbereq. concedit, quantacumque nequam horum Spirituum sit potestas: immò ne fides nostra sopore torpescere assuescat; ac ne secus, ac ferrum ex rubigine obducatur, ijs egregiè continuè exercetur, mirabilisq. Dei gloria, & potentia, è tentationibus veluti ex inferorũ abyssu nos forti sua manu vel ex insperato eripientis, quasi insignis gemma hinc non obscurè relucet. Porrò, & si nunquàm non

diabolus (vt & supra adductum) tentationibus omnis generis aggrediatur hominem maximè tamen omnibus suis adhibitis dolosis machinis animam iam, vt dictum est, agentem oppugnare non desistit. quod & non sine summo mysterio ex postremis verbis Saluatoris nostri in crucem acti patri æterno Spiritum suum ardenti pectore viuificaq. voce, commendãtis, satis superq. uidere est. Inter alias autem tentationes hæc etiam non minima; sed grauissima certè existit, verùm postquam peccatum mundum inuasit, æterna Dei iustitia id postulante, hominē internè tentationibus suis aggrediend potestas diabolo data est: qua quidem primum statim à condito mundo, ex duobus illis fratribus Cain animum horrendum in modum perculit & concussit: (quod scilicet nomen tale ex reipsa more primi sæculi ipsi Cain obuenit) tantam enim, tamquàm diram inuidiam in germanum fratrem Abelem innocentissimum, Deoq. dilectum internè in eo excitauit, fouitq. strenuè, ut & luctuosa morte, omni fraternæ charitatis vinculo rupto, ipsum tandem perimere non dubitarit, ea vnica de causa, (si modo causa

dicenda) quod fumũ ex sacrificio fratris rectà cælum petere videret, cum sibi, quòd ex terræ fructibus offerret ob eius maledictionẽ quæ ad diluuium vsq; durauit, non succederet. Sic & Lamech carnis illecebris incẽdit postquàm ab Aenos primum nomen Dei Sadai *vocari audierat, ut prius duas coniuges appeteret: sicq; filios Dei, vt in filias hominum irruerent. Quo factum libidinum flammis semper crescentibus, ut ferè omnes paucissimis exceptis, à recto deuiarent tramite, timore Dei à terra prorsus exploso, nefarijsq. tandẽ dæmonum artibus passim Gygantes producerentur; quorum uastam, humanæq. naturæ parum decentem molem tempore carnis resurrexionis ab his duntaxat auferet, qui diuina gratia ab inferorum uinculis exoluti sunt. Hi nempè gygantes, qua erãt superbia, filiorum Dei nomen assumentes, cæteros præ se cõtemptos hominum filios appellauère: tandem ultionem diuinam sibi & toti mundo accelerarunt, ut omnes diluuio submersa perirẽt, excepto Noa (quæ uox quietem Domini denotat) quòd cæteris iustior esset, & semen aliquod generis humani seruaretur: Quod quidem diluuium*

uium ab Angelo. quem Pelion fuisse Cabalistæ uolunt, instructus Noa, (hoc enim modo multa præsciuisse antiquos Patriarchas, cum de rerum euentibus, tum de humana salute ijdem asseruni) Deiq. ad hoc excitatus spiritu, centum ante annis populo prædixerat, ad resipiscentiam concionibus suis fideliter exhortando, sed omni sine fructu incassum laborando. Interea temporis arcam sibi diuinitus edoctus extruxit, in quam cum sua uxore, tribus filijs, totidemq. nuribus, ac cum nonnullis de cunctis cæli, & terræ animantium generibus, seruandus se reciperet, cæteris omnibus Cataclysmi aquis submersis, & perditis. Posthæc haud longa temporis mora, & antequam ad auctum adhuc esset nouum genus humanum, Diaboli antiquũ obtinentes filiũ Noæ Cham induxere, ut patrem denudatum dormientem cæteris fratribus deridendum propinaret, ac monstraret, quem tamen antea fascinio quodam ligasse, ne gigneret, quo illud benedictionis semen impediretur, Berosus, antiquissimus Chaldæorum historicus testis est; qui hinc expergefactus Noa tantum piaculum in se patrem commißum sentiens,

à De-

à Dæmonum insidijs, filijq. malitia profe-ctū; Cainan eius nepoti imprecatus est, cum, quibus Deus benedixerat, ipsi maledicere integrum non esset. ex quo tempore Cainum primum nigro à reliquis colore distinctum esse cœptum non leuis suspicio est, cum vel extrinsecus tum Dei vindicta appareret; id quod magis aliqui asseuerare videtur: cum ex ipso Aethiopes, Aegyptij, cæteriq. Nigritæ orti, propagatiq. sint. Verum enimuero quid non egerunt varijs iterum per vniuersum terrarū orbem nationibus hinc inde dispersis, cum per plurima signa, & sacrificia antiquos Patres à proprijs intelligentijs, quibus familiares erant, instructos ui derent, vt eorum fidem in illud futurum semen clarius testatam facerent, quòd & ipsi varias regiones, & loca peruolando omnis generis vitijs Mundum inquinarent, tentarentque, vt huius benedicti promissi germinis omnem memoriam, (si foret possibile) penitus obliterarent, (totoq. extermina rent Mundo: Diuino itaq. permißu, hominum peccatis id merentibus factum, vt quemadmodum pij sensim incrementa sumunt in dies in scientia, & timore Dei illuminati;

minati; ita rursus impij nominis contemptores diuini, magis, magisq. ignorantiæ tenebris inuoluantur. Qua propter sub id tempus Zoroaster, quem quidam Astronomi. Nemrot fuisse autumant (dæmonum astutia hunc risisse ferunt) tam varijs præstigijs hominum cælorum siue potius dæmonum ope adiutus oculos perstrinxit, vt supra omnes humanas vires inde superbia elatus dicatur: Eorundem porro dæmonum furijs, & excitatus, & agitatus ille Gygantum pessimus proles hominum miserrima, felicitatem hic in terra à cælo tantùm sibi contingere omnibusq. alijs aßerere non erubuit: ex quo consequutum, vt homines mirum in modum superbia efferrētur, superbissimæq. turris illius molirentur extructionem, à qua tamen, immissa in eos diuinitus linguarum diuersitate, ac tanta confusione inextricabili, vtpote operis nefarij cæpto, statim desistere coacti sunt. Hoc itaq. pacto, & lingua illa, qua Adam cunctis rebus, vnicuiq. pro propriæ suæ substantiæ virtute nomina indiderat, omnibus in hoc opus consentientibus erepta est, si Hyberum, cui Hebræi suam originem acceptam referunt, illi operi mini

mè

mè consentientem exceperis. Eodem etiam tempore idem Nemrot; dum passim ignem obseruari præciperet, quo prius Aretia No hæ vxor ex arca egreßa gratias Deo egit, quod minimè totum genus humanum submerserit, Deum adorauit: hinc actum fuit, vt Chaldæi primi, Assirijq. Reges hunc coram se præferrent, ac colerent: utque Abraham primus Dei martyr, ac confessor haberetur, cum enim is apud Hur Chaldæorum existeret, Deum cœli vere adorans Elementũ idolatricum, vtpote ab imperfectiori institutum sexu diuinis honoribus, vt afficeret, adduci nullo pacto potuit: qua de causa, & tyramni iußu in fornacem ardentem coniectus, in testimonium suæ fidelis constantiæ, cedentibus, nihilq. lædentibus flammis, saluus, vt Theologorum pleriq. asserunt, ac incolumis euasit. Sub id porro idem tempus eorundem diabolorum instinctu Ninus Aßyriorum rex, primus in mundo, & autor hominibus & inuentor æris signati, (quo quidem nonnulli Christum esse venditum putant) idola colendi occasionem, præbuit, erigendo in honorem patris sui Beli statuam, quæ foret asy-

lum

lum cunctis delinquentibus, qui ad eam confugerent: hanc abominandam impietatem postea Cedar longius in uulgus sparsit quibusdam imaginibus è limo effictis: quam profectò Deus miro suæ prouidentiæ ordine prius irrepere propter mundi recentem creationem prohibuit, ac uetuit: malum certè, quo non aliud magis abominabile, ac detestandum, cum homo eo insaniæ à diabolis seductus peruenit, ut neglecto & obliuione dira præterito suo Creatore, Creaturam aliquam sordidam, & interdum se longè ignobiliorem diuinis affecit honoribus; crimen scilicet omnium criminnm grauissimum, ratione obiecti, læsæ nempe diuinæ Maiestatis, Quod uel hinc clarè patuit, quod quid nam sidera ob eiusmodi piacula commissa in nostra corpora possint ibi expertum est cùm Aram ante patrè morte tum primũ ex humanis exemplius sit: nec id sine causa, cùm sæpe in magna delinquentium turba, etiam si qui reperiuntur innocentes, una rapiantur ad supplicium: nec tamen in hoc Deus alicuius iniustitiæ incusandus, cum ex hoc malo pœnæ bonos premio afficiat potius, ornatioresq. reddat ipsos uero ma-

les

los meritò pœna maneat, & interitus excipiat æternus. Ex hoc autem idolatrico creaturarum cultus initio res paulatim eo deducta est dæmonum miris techinis & fraudibus, vt Chaldæi prius, dehinc sacerdotes Aegyptij, vtpote maximè præ cæteris superstitioni huic diabolicæ irretiti, eo tandem dementiæ processerint, ut firmiter penitusq; illi per ignes, hi verò per statuas magica fabricatas arte, dæmoni vel propriam salutem, omniaq; sua bona & commoda accepta referentes, ab vniuerso eorum ordine, vt à Deo animas in corpora natura immitti crediderint. Quam ob causam processu temporis hæc venenatissima animarum peste maximam partem hominum inficiente, a Deo ipso Abrahæ mandatum est, vt hanc, quàmuis sibi cognatam, infectam tamen hoc veneno præsentissimo gentem penitus fugeret, solū mutādo, & si patriū, vel Angelico adhuc uiente ministerio, quem Zadchiel Cabalistæ fuisse volunt, ne & ipse ex eorum conuersatione corrumperetur, cùm iuxta commune verbum, Cum peruersis peruertemur, vt plurimum. Ne autem diuinæ promissiones suo tandem tempore complendæ

plēdæ interea prorsus ex omnium fidelium animis diabolicis dolis extirparentur: inire Deo cum Abraham eiusq. posteris perpetuum fœdus placuit, externo præputij circuncisionis signo post octauum, ex quo masculi nascerentur diem faciundo. Hoc nimirum signo cum dæmones prohibitarū libidinum flammas summopere debilitari animaduerterent, nec hoc uidēdo pro more suo aliquid intentatum reliquere, quo huius seminis memoriam omnem abolerent, gentes reliquas acriter instigando, vt hoc, quo Hebræi à cæteris secernebantur gentibus quasi dedecori, & infamiæ exprobrarent, eosque homines ceu fertur Lerios infames apellas nuncuparent: denique eos impios, ac superstitionibus deditos passim diuulgarent. Iis itaque gentes omnem gratiam à vero Deo profectam quasi pedibus conculcantes inciderunt tandem iusta Dei vindicta in sensum prorsus reprobum, naturæ etiam lumine ipsas destituente, plusquam brutorum naturam induentes, adeò vt earum multi ipsis brutis miscerentur, e mas in marem fæmina in fæminam, (horresco referens) coire non erubuerunt. Hec

plusq.

plusq beluino, ac nefando scelere, quo non aliud Deo magis exosum, res eo deducta est, vt tandem omnes meritas luerent pœnas: tres in meridie non sine mysterio Angeli apparuere, ex quibus duo tantum vesperi Sodomam ingressi sunt, hinc sine mora cælum vndique sulphur & ignem pluere visum est, quo quinque illæ antiquæ insignesq. vrbes hoc nefando crimine pollutæ, penitus deletæ, ac etiam hodie ita subuersæ in perpetuum diuinæ iræ testimonium cernuntur sub lacu, quo contra reliquorum naturam, viua, mortuis absorptis, non submerguntur animalia, tanto fœtore exhalante, vt cunctis supra volantibus alitibus lethale sit, adeò vt Cabalistæ ibi locorum inferorum portas esse rati sint, de loco enim subterraneo nobiscum alioqui concordant. Ipsius quoque Loth coniux, quæ non sine maximo secretò, anonyma in scriptura reperitur, ex transgressione mandati, quo egrediens, ne retrò circumspiceret, iussa in salis statuam vel in hodiernum diem non sine horrore conspicuam, transformata scribitur. Hæc, ob similia diuina miracula, quæ dæmones eluderent quadam cacozilia, stultaq. imitatione,

ne, haud secus, ac simia dum humana facta imitari tentat, autores fuere, vt tot, tantæq. metamorphosum fabulæ ab antiquis Poetis fingerentur; quibus gentiles iam antea stultos, prorsus, vt ille ait, insanos redderent: Ad instar huius statuæ, Bactum in saxum in montem Rhodopen apud poetas primum translatos legimus, Phyllidem in Amygdalum, in florem Narcissum, in fontem Arethusam, in auem Picum, atque adeo in stellam Arctophylacem, milleq. alias eorum fabulosas transmutationes: vbique gentium apud eos videre est: hinc etiam factum volunt, vt diluuij memoria, quam Noe Hetruscos edocuit, dum iam ad alta, iam ad ima tenderent, ærumnosæ tunc vitæ memores, Pani Lyceo post Euandri accessum dæmonum astutia falso asscripta sit. Cæterum, cùm & intellexissent Deum, ob præfigurandum verum illud multis sæculis post futurum sacrificium tentasse Abraham præcipiendo, vt filium sibi vnicum, vniceq. dilectum in monte Moriah mactaret, (montibus enim antiqui Patriarchæ loco templorum vsi sunt) haud mora idem genus sacrificij sibi expostularunt: hinc in reliquiarum ad sacrifican-

ficandum destinatarum penuria Phœnices primum apud Tyrum impulit: deinde & alios plerosque vicinarum gentium, vt humana sacrificia sibi cederent; immò tandem parentes vt proprijs liberis minimè parcendum ducerent, ad eam dementiam adegit. Huius rei vel sacra scriptura testis esse potest, quæ tradit regem Moab primogenitum suum regni successorem in obsessæ vrbis mœnibus, hostibus videntibus, quo de Hebræis victoriam reportaret, idolo Molocho iugulasse; quam ex uoto etiam obtinuit; minimè tamen ob tantum scelus commissum omnibus potius flagris dignissimum, sed quod Hebræi diuinitus ob multifaria commissa crimina, ipso quasi medio punirentur. Hæc tamen execranda parentum in liberos laniena, vnde nam alio, quàm ab ipso Diabolo, homicida & mendace ab initio profectam dixeris? innatam parentum in liberis στοργὴν *in crudelissimam carnificinam conuertente; superbissimus omnium spiritus iste nequam, qui excellentissimam & ad ipsius Dei imaginem formatam creaturam sibi litari exposcere non veretur; quod tamen ijs, qui Tyriorum colo-*

niam

niam Carthaginem inhabitarunt, persuasit, Saturno sic litantibus: dein in Taurica Chersoneso, Arabia, Aegyptoq. idem factitatum, quod demum Amasis Aegyptiorum rex magis cordatus vir substituta imagine cerea abrogauit. Inuasit & hæc dira pestis tandem Germaniam, quæ Theutati suo idolo multo tempore eiusmodi sacrificia nefaria offerebat. perrepsit postea & in Suetiam propè Vpsaliam, quin nec ipsa Italia rerum olim domina delusa à Græca voce phos, *ab hac immunis remansit: immo tam diu ea afflicta est, donec Hercules orbem terrarum peragrans, tot eum monstris purgando, veriorem edocuit interpretationem; eam scilicet, vt hoc sacrificiũ, potius lumine, id quod vox sonat, ac Aretia instituit, facerẽt. Nec ipsa Roma, quò veriora reportaret responsa, humano sanguini parcendum rata est: Exinde in Galliam, Britanniam, ac Nouergiam apud Druidas serpere cæpit. Quis itaque hæc omnia à dæmonibus orta esse nõ videt? Tempore tamen (vt antea Prophetarum prædictum erat vaticinijs,) aduentus Christi in carnem hæc diabolica laniena usu esse desijt in imperio Romano: quod Adria-*

D ni Im

ni Imperatoris ministerio diuino autem instinctu factum est. Maiorem etiam in modum hæc pestis grassata reperitur in nouo illo orbe superiori sæculo Hispanica nauigatione à Christophoro Columbo Ligure primum reperto, vbi non rarò eueniret, vt quotánis ad septē millia hominum, varijs Gemis sacrificarentur; sic enim ipsorum Idola vocabantur, cum à Iucatanēsibus hic solùm ignota tamen de causa apellis, tùm etiam a Mexicanis, qui tunc ibi rerum potiebātur: quod nihilominus execrandum facinus nostro tempore a Magno illo Ferdinando Cortesio Hiberorum duce sub auspicijs Caroli Quinti, nunquàm satis laudati, vel ex hoc solo ipsorum quoque finibus exturbatum est, haud secus, ac ab altero Hercule: quorum etiam dolo vel huc usq. durat hoc abhorrendum nefas in quibusdam orientis extremis regionibus. Præterea horum etiam spirituum fraude factum peractumq. est, vt Iosephus innocens à fratribus suis Aegyptijs venderetur: ab ijs etiam Pharao Moysi famulo Dei credere dißuasus est: qui quidem primus prophetarum miracula edidit: hinc bicornem per cernam Cabalistæ prophetasse tradunt: immò ex

eo Hebræos arctius premere cæpit; quô autem miraculorum diuinorum auctoritatem imminuerent, è vestigio per suos magos simi lia præstigijs hominum oculos fascinando, facere tentarunt: quibus quidem præstigijs, adeò non tam oculos, quàm ipsa corda gentium occuparunt, vt non modo cælum, stellasq. sed & impios homines, eorum obscena membra, & omne ferè brutorum genus, pisces, allia, cæpas, aliaq. olera, gemmas, & ipsa Elementa, hominum gratia tamen a Deo producta, quæque cuiusque ingenium sibi idola finxerat, pro dijs suis colere nihil addubitarint. Cum autem postmodum verus & vnicus Deus, verum quoque & vnicum cultum, quo se affici vellet, misertus generis humani multis modis à vero aberrantis, inscriptam binis tabulis lapideis, (legem illã omnium legum, duarum nempe tabularum) populo suo per Moysen in monte Synai inter fulgura & tonitrua promulgaret: & inter cætera Sabbathum obseruare præciperet: mẽdaces hi Spiritus & tum in contrarium nixi sub diuersis fabulis festa celebranda esse emẽtiti sunt, quo magis suam superstitionem stabilirent, ipsos Hebræos festa vera vero Deo

ritè celebrantes: imitati Ioui Apollini, Dionysio, infinitisq. alijs suis laruis, & heroibus vbique gentium peculiaria festa sacrificiaq. diuersis tamen omnium mensium diebus institui procurarunt: agni etiam paschalis comestionem æmulati, varijs libaminibus à gẽtibus immolatum est; quibus & diuinationem, quo vsus increbesceret, populiq. sibi magis crederent, mira addiderunt astutia: nec defuere qui in ferendis legibus suis gentibus Moysi cedere noluerunt. hinc Aegyptijs Hermes, & Apis, Persis Oromasis, Bactris Zatriastes, Cretensibus Minos, & Epimenides, Thracibus Zamolxis, ac Scythis Anacharsis, Lacedaemonibus Lycurgus, Triptolemus Phoroneus, Draco, & Solon Athieniensibus, legumlatores fuere, sicut apud Macedones Cabiris, Romanos Romulus, ac Pompilius, atque multis sæculis post apud Indos Sinasq. Somogorbonus, qui exercitiorum idolatricorum, vt & hodie adhuc Orientalibus moris est, causa fuit præcipua; perinde vt Viracoces in orbe nuper reperto apud Peruranos & Zuazatlus apud Mæxicanos, apud Iaponios Amidas & Xaca, & tandem Maugmectus (sic enim aliqui scriptum

ſcriptum reliquere) quem ex eius ortu, nomine, ne dicam dictis, ac factis ipſummet Antichriſtum, orbis beſtiam, ferum aprum, blaſphemiæ denique, & iniquitatis filium noſſe licet. Qui quidem Pſeudopropheta legem ab Archangelo acceptam ſuis aſſeclis, ac miſeris mancipijs tuliſſe mentitus eſt, ut & alia omnia ab alijs ſimiliter ferè facta vniuerſis; qui, quò maiorem auctoritatem ſibi conciliarent, Moyſen imitati, ſuis etiam Dijs leges acceptas referebant; hinc Zatriaſtes legem à bono numine ſe accepiſſe gloriatus eſt. Minos à Ioue, ab Apolline Lycurgus, atque à Veſta Zamolxis; & Numa ab Aegeria Nympha. Haud multum abſimili dolo & fraude caruerunt, vt tot eorum leges, alia quàm vernacula lingua ſcriberentur, quò minus eorum cultus, paſſim ſcribendo uileſceret, inſtar eius, quòd veram viuentis Dei religionem ob maiorem obſeruantiam, non alia, niſi Hebraica litera (omnibus vocabulis Ægyptijs inde exterminatis, quò citius eorum ſuperſtitionum obliuio induceretur) ſcriptam cerneret. Proinde antiquiores Græci Puniceis literis ſuas leges exaratas obſeruarunt, Romani lingua Hetruſca, ob Ara-

mea non ita dissimili fulguritarum, ac augu riorum artem custodiuere, quam pueros eorum edoceri sedulò dederunt operam: Sic veteres Germani & Galli Græcis elementis, quæ de religione sentirent, sibi scripsere. Vniuersi verò Orientales Syriacis characteribus suos libros consignant. Nunc etiam temporis adhuc diabolorum fit instinctu, vt pleræque gentes barbaræ nos suis insuperstitionibus Græcos, Aethiopes, nonnullosq. Indos, omnes tamen Christianos emulentur apud quos alius à vernaculo sermone in religione exercenda vsurpatur: sic hodie faciunt Sinæ etiamnum idolatræ, partim, Iaponij & Peruani cum nouæ Bæthicæ incolis; qui diuersa ab ea, qua loquuntur, lingua vel adhuc, licet clanculum vtuntur. Horum etiam spirituum opera peragitur, vt Turcæ, Assirij, Mauri, Arabes, Nigritæ, Aegyptij, Persæ, Medi, Parthi, Arachosij, Sogdiani, ac nonnulli ex Indis, cisq. Imaum Tactari: nec non Sacæ diuersa orbis climata inhabitantes alia quàm vernacula oratione suam legem Arabica nempè scriptam habeant: ad hæc nonne dum Hebræos suilla lege vetante, abstinere viderent, & ipsi vt à

bobus Aegyptij sibi temperarent, effecere? quod & adhuc obseruant Indi: sic & à piscibus Syri. Illa itaque diuinæ legis obseruatione res eò deducta est, vt hoc benedictũ semen, non modò apud Iudæos indies magis magisq; radices fundaret; verùm & gentibus Sibyllinis innotesceret oraculis: quarum decem celebrantur, & si nonnulli vnam tantum fuisse velint, diuersis dictam nominibus, quæ omnes diuino afflatæ numine vaticinatæ sunt: & si ipsæmet suorum vaticiniorum ignaræ miseræ. Haud enim existimandum, cùm veræ fidei eßent expertes, eas instar nostrorum Prophetarum, fuisse illuminatas: uerùm uaticinia illa ex diuino influxu in earum animis quasi imagines in speculo relucebant non ad illarum proprium, sed potius gentium: ne quicquam causari possent, commodum, perinde vt Balaam ariolo, ac Cayphæ immissa sunt. Quorum porrò molitionibus factum est Hebræos imitando, qui Salomonis Cantica, Ezechielis prophetiam, allegoricamq; scripturæ interpretationem non nisi viris dignis manifestari volebant, ut harum libros, atque Hidaspis legi, præterquam, quod à quindecim viris capitis cun-

 ctis

ctis supplicium præscriptum esse. Præterea an non ijdem nequam & fallaces spiritus excitarunt, vbi hoc beatissimum semen apud Hebræos nasci debere, eisq. propria malitia crucifigi, ac à seipsis expelli gentibus verè Dei filium prædicandum perceperint, quo vllo si modo possint impedirent, aut saltem, ni possent, retardarent, tot Poetas, ad tot tantasque fabellas effingendas vbique gentium de Iouis liberis, qui nonnulla ex parte huius sanctissimi seminis virtutes, ac Theosandrica gesta non secus, ac simia humana æmulari viderentur. Quid enim aliud sibi voluere, per antiquorū vates ex Perseo è virgine nato, nisi vt hac fabula Apostolos hoc diuinum germen à virgine prodijsse docentes, quasi nihil inauditum admiratione aliqua dignum afferentes præ se contenerent, ac negligerent, quid ex Mercurio Deorum hominumq. internuncio: nisi cûm hoc semen verè hoc officio functurum audirent, leuiùs eo afficerentur? quid Hercule nato è Ioue orbem terrarum à tot monstris vindicante intelligi voluerunt, in cuius beneficij memoriam tot, tantisq. malis erepti propria mortales sedendo libarent sacrificia, eique
deci-

decimas instituerent? quid ex Sametico rege inferos petente, atque cum exuuijs redeunte? quid & tot alijs nisi, vt cùm hoc diuinum germen ineffabili quodam modo humanam suæ diuinæ indissolabili vinculo copulaße naturam intelligerent, quò homines ab inferorum poteſtate è lacu illo, in quo non erat aqua, liberaret; hæc (inquam) omnia non maioris, ac suas facerent fabulas, unumq. alteri quasi similia conferrent? quid aliud ex Aesculápio morbis hominum uarijs medente, nisi ubi hoc sanctitatis germen uerè nostros langores sanaße audirent, flocci omni nò penderent? Quæ porrò effinxere de Aristeo Proconesio mortuo; & denuo tandem uiuo apparente, Cleomede in arca incluso, nec amplius reperto, Adonidi quem sparge rent Plantu, ac Abari Hyperboreo per aera uolante, nisi, ut nos huius seminis memoriam requiescentis in sepulchro quotannis celebrantes derideant, ac subsanent, quasi perinde, ac cûm eum propria uirtute à mortuis surerrexisse ad cælum in conspectu multorum ex fratribus conscendiße, grata mente & ore recolimus, ut rem nulla admiratione tanta dignam stupentes ludibrio habeãt floc

ciq. pendant: Quid de Mithræ sacrificio, pane, ac potu, Mercurij aqua, qua commissa scelera expiari miseri somniabant: denique de tot innumeris hoc genus fabulis ab eis cõfictis? an ob ullam aliam id rem factum putaueris, quàm ut huius clarissimæ lucis ad reuelationem gentium cælitus demissæ splendorem suarum fabularum caligine tenebrisq. retunderent: ac inuoluerent, ac cum penitus extinguendi potestatem omnem sibi tandem præcisam viderent, haud absimili modo & consilio diuinos Prophetas populum ad ueri Dei cognitionem crebris concionibus miraculisq. inuitãtes, diuinasq. reuelationes propalantes, suis & ipsi falsis areolis æmulati sunt; quorum insigniores celebrantur Musæus Atticus, huiusq. ciuis Lycus, Bachides, Boetius, & ipse Tiresias, Eucleus, Epimenides, ac Mopsus, omnes quidem, at diuersis futuris prædicendis euentibus olim occupati, ut à diuersis dæmonibus ipsorum abriperentur sacrificia, uel etiam ieiunijs, lotionibus, uarijsq. cantibus, choreisq. præmissis: uix enim dici potest, quàm hi immundissimi spiritus diuinorum tamen honorum sint auidissimi, adeò miserandum in modum diuinum cultum

tum sibi exposcentes, miseris hominibus diu multumq. imposuere. Hinc neque Branchis virgo vatidica, ni virgam manu teneret, triduo ante ieiunans, pedes limbumue fontem tangeret, oracula dare poterat: Ita nec Colophone responsa proferebat, non gustata antea aqua illa, quæ omnium conspectui subtrahebatur: quid? quod ipsum Delphicum oraculum nihil promebat, ni sacerdos in antri adytis tripodi insidens diras illas potius, quàm diuinas exhalationes exciperet: Adde de tot aliorum oraculorum responsis, quæ iisdem dæmonibus ducibus & auctoribus prius in Iouis Dodonæi templo ex quercu reddi cœpta sunt; vbi veri Dei vocem ex arca resonantem, & sacerdotibus, vt populi futuras pœnas canerent, iubentem, primum perciperent: Quid porrò cum illis fatidicis sermonibus, totq. Deorum symulachris, quæ omnia vsque ad tempora Pyrrhi Epyrotarum regis carmine responderunt, aliud sibi voluere, nisi, vt Iob versus, Dauidisq. Psalmos imitarentur? mira certè astutia breuiloquentiam introducentes, vt ambiguitate veridici haberentur? cùm tamen reipsa, nil nisi hominum exitia spectantes, fallacissimi in ip-

so euentu rei quasi semper comperti sint. Responsa itaque sua strictioribus numeris inclusa sonora magis, sensuiq. gratiora reddere volebant, quò & eorum laudes suauitate quadam veri Dei laudes hymnis decantari solitas exuperarent, longeq. vincerent: quo factum est, ut tot Græci, latiniq. poetæ studijs gētium poemata cōponerent: progressu tamen tēporis, cùm non amplius ligata; sed prosa potius sua reddere responsa cogerentur, minus certa tum prædicere potuisse deprehensi sunt, quod non cælestis alicuius influxus defectu factum putandum, quasi verò Pythones, ac ventres eorum non tanto, vt antea, terræ halitu explerentur: quod non nullis per somnium in mentem venisse videmus, cùm oracula passionis omnis expertia nec à rerum natura, nec loco certo afficiantur, concludanturque; verùm longè potentiori causæ id actum meritò adscribendum, utpote, ab altiori intellectu profectum. Neque enim, quòd Aniel Zachieli præfecturam cessit (his enim intelligentijs mundi committi regimina ferunt,) quarum causa uarios inferioribus influxus contingere secretiores asserunt sapientes: cum quæ in uoluntate, ut

ipsa-

ipsa quidem responsa sunt, longè ante quàm eueniant, solum ipse qui uere est, unico intuitu suæ essentiæ speculo prospiciat: nec indè etiam factum, quòd eorum sacerdotes auaritiæ vitio laborantes, pecunia corrumperentur; cùm enthusiasmo extra se quodammodo rapti, vti his fieri consueuerat, respondentibus ipsimet, quidnam eßet, quod responderent, certè ignorarent, multo minus ipsorum Dæmonum, aliquo ætatis vitio, morboùe cõmißum existimandum; cùm ij minimè sint obnoxij more hominum non senescẽtes; hinc verò potius, (vt Comici verbis dicam) illæ lacbrymæ, & in hoc cardo totius huius rei vertitur; quòd tempus venerat, quo ipse Sol Iustitiæ, splendore gloriæ paternæ totũ mundum illuminante iam iam exoriebatur ex alto, ad cuius lucis recens prodeuntis auroram conspectam omnia illa diabolica tenebris mundum obducentia oraculorum respõsa victa, ac fugata terga dedere, penitusq. conticuere: haud secus, vt & nocturna eorum spectra sub tempus Solis emergentis in fugam acta hominibus molesta esse desinũt, cuius etiam gratia Græci, qui alios erudirent, sapientes habuerunt, & Roman.

rerum domini, qui ius ferrent, iureconsultos obtinuere; Dæmones præterea ijdem videntes Hebræos in deserto iusta Dei vindicta à serpentibus venenatis morsos aspectu solo eius iußu à Moyse erecti ænei serpentis incolumes euadere, simias & in hoc agere more suo non neglexere; hinc eiusdem imaginis dæmon à Nicagora Sicyonibus allatus est eundem in vsum, & à Romanis ad sedandam pestem uectus est Aesculapius ijque cum Dei ieiunare suis in calamitatibus populum uiderent, ut gentes suis ni ærumnis ieiunia sibi instituerent ualde curauerunt; cumq. Deo populum uouere aspicerent & ipsi uota a gentibus extorserunt. Extructo porrò a Salomone summo, ueroq. Deo Sabaoth, quasi in medio orbis terrarum templo omnium pulcherrimo, ac magnificentissimo, ipso etiam Dei spiritu artificibus ad id opus undique conquisitis, coactisq. ut in eo omnes Hebræi Deum suum adorarent: nonne hi spiritus hinc inde æmula quasi fana sua ædificari satagere? quod uel illo Delphico in medio quasi habitati orbis umbilico Apollini erecto cernere est; Aegyptus quoque Alexandriæ Serapidi, ac Thæbis Sa

li to-

li totaque Asia Ephesi Dianæ, & Schandia Thoroni Vpsaliæ magnificis omnino sumptibus ædificauere templa. Denique iam a tot sæculis promisso mundo, exinde exhibito in carne hoc sanctissimo germine: quidnam intentatum hi impuri spiritus reliquere, quo id dum uere, uti erat, nō cognoscerent, mortalibus inuidentes, statim uicissim è medio tollerent? nil profectò. Nonne Herodem, ut nec suo sanguini parceret, sic nefarijs armis instruxere, ut & Augustus se malle Herodis porcum, quàm filium esse dixerit? cumque tandem uolēs, licet innocētissimus hic agnus litron *pro nobis exoluturus, in manus peccatorum sese traderet, nullis non tormentorum operibus, usi instrumento adhoc Iudæis ipsis, eum intentatum reliquerunt; quodque tunc à capite exorsi erant, postcris temporibus in membris etiam, sanctis nempè martyribus Christi strenuè prosecuti sunt: quorum omnium memoriam recolendo, & si quotidie quinque millium, immò complurium numerus coniungeretur, annus tamen integer minimè sufficeret: quorum ossa tanta copia Romæ, ac si essent tedæ paleæq. passim per compita uiarum ardere uisa sunt; horrēdum*

profe-

profectò, ac inauditum nephas tãtam urbem per quam expulsi sunt ab orbe tyranni populis ita optimæ latæ leges, ut uel adhuc durent, tanta facinora, siuiße à suis patrari principibus, nisi hæc cuncta ut fides confirmaretur, euenisse cælitus datũ esset. An omnibus omnium gẽtium scriptoribus hanc rem gestam literis posteritati consecrare, utpote Senatui. Imperatoribusq. maximè infestam interdictum est, operæ dæmonum ipsorum nixis incassum: ipse enim Augustus, licet nescius meminit de ortu eius (quem extirpatum uellet, eiusq. memoriam deletam funditus) de uita Lentulus, de morte Tacitus, de eius in Iudæa aduentu Suetonius, de ipsius autem miraculis, ac resurrectione Iosephus, ex solis præterea præternaturali deliquio Areopagita fit testis & Phlegro: stupendum, ac prius nunquàm auditum terræmotum refert Plinius: Cuius etiam, nisi ipsorũ dæmonũ impulsu effectum est, ut huius sanctissimæ doctrinæ sectatoribus à tyrannis interdicerentur literarum studia, quo tandem ignorantia irretiti cælestis studij doctrinam abijcere, ac deserere cogerentur? Verùm, neq. quod hacuia aggressi erãt, eis successit;

cessit;cùm innumeri hinc ferè doctrina insigni conspicui prodierint sapientes, diuersis linguis instructi, hoc semen sanctum laudibus celebrantes, suaq. morte ueram fidem confirmantes. Ab ijsdem itidem profectum, ut onochiton *id sanctitatis germen pictores effingerent, quo homines ob hanc turpitudinem ab eius cultu alienarent: & quid per Celsum, Porphyrium, Iulianum, aliosq. Sophistas tantis fallacijs falsaq. tot hæreticorum doctrina non incæptum est; itidem tamen sine successu: quos enim radicitus extirpatos uellent, eos potius quotidie magis crescere, uiresq. sumere contigit: hinc tāta martyrum corona, qui uel ultrò ueritati huius sanctissimi seminis testimonium præbentes, mortem subierint; nec quod literis interdicebatur, multi egregiè doctores defuere, ad quorum exēpla, & nos nostram uitā instituere. si ita usus ueniret, æquum foret, protecti uiuifica umbra sanctissimi huius seminis. Et ut ad ea deniq. de quibus superius digressi sumus redeamus. tantum hi scelerati spiritus ad exortum huius lucis diuinæ, eiusq. uerbi per Apostolos prædicationem in fugam uersi, ubique locorum exterminati sunt, ut &*

obso-

ob solum nomen etiam à malis prolatum obmutescere penitus, eorumq. idola subuerterentur: cuius rei unum ex alijs multis exemplum extare inquiunt a Diuo Bartholomæo aduersus Asbaroth insignis magnitudinis Albaniæ dæmonum symulacbrum, ac alterum à Sancto Thoma coram Meideo: an & ijdem causa nõ extitere, ut Maumethus Christum soluens tanta in terrarũ orbe mala traheret; id malorum merentibus delectis, scilicet hi quò suum babeant Christo bonorum capite, ac uera quæ solum illuminat luce spreta contemptaq. pessimi Antichristum malorum finẽ, umbrarũq. principem. Quid aliud porrò istius miseræ Hebræorum plebeculæ, ac fecis uerius oculos & animos usque adeò obcæcat & dementat, ut alium adhuc uenturum Messiam expectent stolidi? dæmonum certè opus; quorum opera redditi omnium miserrimi mendacia ueritate neglecta amplectentes, occupati in scripturarum punctis, literisque sensum ipsum corrumpunt, quo usque eis nibil ueritatis reliquum maneat, umbram relicto corpore sectantes. O ter quaterq. infelices tot sæculis iam à patria sua exclusi, exules facti, cuius recuperandi

randi studio ter quotidie Deum precibus cõpellant, cum ea tanto tempore nõ caruerint vnquàm ob tot commissas idolatrias, neces Prophetarum, omnisq. generis alia flagitia, ita vt nunc carent, cum & sine Rege, sacerdotio, absque ephod, prophetis, quibus tantopere gloriabantur vbique gentium & locorum summè exosi vagentur miseri, odio, vt ferunt, Vatiniano alioqui pietate digni laborantes, ipsi soli hanc cæcitatem (qua talpis sunt cæciores) spontè accersentes in summa luce non secus, ac vespertiliones ad Solis lumen cæcutiunt; præsertim cum & aliqui eorum Rabini huius seminis miracula nequaquam silentio prætereunt, propriam Israelis ruinam & interitum iniustæ huius germinis morti adscribentes, vt a Rabbi Mose Aegyptio, summæ apud eos auctoritatis uiro factum est. Cuius profectò seminis nomen, cùm sit nouum, ac supra omnem modum & nomen inscrutabile non Iesuah *Hebraicè, vt nunc ijdem perperam, ac de industria agunt; cùm hoc nomine plures vocatos fuiße, modoq. adhuc apud ipsos uocari reperiatur, at Iesu proferri potius iustum eßet, vt multi aßerunt, & ego in antiquißimo quo-*

dam

dam numiſmate Hebraicis literis ſcriptũ reperi, ſicut etiam pronunciatur ab Arabibus, ac Chaldæis, vel exiguum in loquendo ab eorum idiomate differentibus: quòd per artem Cabaliſticam ex his dictionibus ſatis patet iauo ſelo velo: cuius quidem nominis myſterium verè arriton, *lubens prætereo quid de eo nonnulli Cabaliſtæ ſcripſerint, cum hoc ſub nouo, ac ineffabili Iudæis, cunctiſq. alijs infidelibus miro arcano Diuinitatem, ac humanitatem in vno ſuppoſito, vnde noſtra dependet ſalus, occuli, ac abſcondi innuant: quod etiam apertè nobis cælitus oſtenditur non modo ex eius anomala à reliquis omnibus proprijs nominibus inflexione, vti Iupiter apud Latinos, & Græcos* Zeus; *ſecretum certè omnium maximum, adeò mirabile ſtupendumq. ut nullum aliud nomen nobis exhiberi poſſet, cuius virtute & auxilio a poteſtate Satanæ, cui culpa primorum parentum ſubiecti eramus, verè liberaremur, quàm hoc ipſo omnis ſanctitatis fonte, noſtrarum miſeriarum refugio: verùm etiam clarius (vt ferunt) ſole ex eius uocabuli ſcriptura patet: ſiquidẽ quatuor apud Hebræos literis ſcribitur, quot apud omnes*

nationes non sine maximo arcano exaratum nomen magnum Ioua *tetragrammaton; Quod quidem Alexander ille magnus, venerabundus in summi Pontificis Cidari aureis notatum literis, dum conspicaretur, suspiciens illud statim ex equo desiliens, pronus percusso pectore manu adorauit; totidemq. elementis profertur nomen Dei, Alla apud Arabes, Teut apud Aegyptios, apud Magos Orsi, Græcos* theos, *Persas Sire, Latinos Deus; antiquos Thuscos Esar, apud Germanos etiam Gott, Sarmatas Bouh, & Istu apud Peones, ac Tactaros, Irga; ex cuius admirabili secreto, quàm facilè Porphyrius, qui Deorum vanitati præ cæteris indulsit, nosse potuisset, ni ipsemet diuinum hoc a se auertisset lumen; cuius splendore sic expulsæ dæmonum fuerunt tenebræ, vt nihil, quod petitum ab idolis esset, impetrari potuerit postea quàm adorari hoc felicissimum nomen inciperet, tantopere lamentatur; cuius rei causa non sine magnis clamoribus pana quendam ex eis, quos decepta gentilitas sibi Deos finxerat, extinctum fuisse, Plutarchus auctor est; non quidem; vt nos cùm omnis horum operatio ab intellectu, vt innui, verè*


pendet;

pendet; quem nullo pacto corrumpi, vti nec nostrum etiam cùm de foris adueniat, neque vt intelligat, aliquo indiget sensus instrumento. Immò neq. hinc, quod dæmones gratia diuina priuati fuerint, (quæ verissima mors est,) cùm iam antea crimine priori ea longe satis exciderint: Verùm multò magis ob tyrannici sui imperij iacturam tanto tempore diuino permissu in homines obtenti, donec tandem in hoc Dei germen, cui nihil habebant iuris, cùm natura impeccabile foret, manus iniecerunt, mortem inferendo: qua quod perperam amiseramus, nō iniuria maiori cum fenore recuperatū est. vbi enim abundauit peccatum, ibi superabundauit & gratia: ad propositum ergò nostrum nunc redeundo, pleraque & alia præter hæc machinatos esse ipsos dæmones videmus, quò omnino, quantum eius fieri poterat, diuinos honores suos facerent, nihil non imitari ausi: arbores enim quædam voces humanas edere auditæ sunt tum apud Dodoneam syluam cū Dominum ex Arca respondiße perceptum est: tum etiam apud Persidem vbi ex arboribus reddebantur oracula, & ex earum quæ Soli consecratæ erant, crebriori fructuum

vſu homines ſibi vitam prætendere credebant, ut Arteſius magus. Simile quid, & prope lacum Nymphæum accidit, ubi, & ſi non voce, ſignis tamen certis reſponſa quaſi ſua prodebant, in hoc etiam Deum imitari ſtudentes per ſigna ſæpenumero veritatem innuentem; perinde vt Moyſi per rubum, igne non conſumptum, ita per humidum vellus in arida humo, & ècontrario Gedeoni Hebræorum iudici alijs quoque ſignis alijs in locis indicatis; Nam qui ſucceſſum rerum ſuarum euentumq. oculis quaſi inſpicere deſiderarent, ex ture igni iniecto, præſcire poterant: Si enim cœpta ſua ex ſententia ſucceſſura erant, nulla interiecta mora in terram proiectum flammis abſumebatur; ſin minus, ignis quaſi id refugere conſpitiebatur vt & ſæpe apud Gnetiam contigit, vbi oblatum ſi quidem placebat ſacrificium flammis cælitus demiſſis, ſtatim corripiebatur, dæmonibus id procurantibus iuxta Hebræorum Thalmudiſtarum ſententiam, antequàm cum Helia de uerà religione contenderent, ſuccumberentque, a conſuetis ſignis deficientibus. Quæ porrò in Thyaneo fonte, fluuioque Scamandro ab ipſis cœpta

 ſunt

sunt, (ad similitudinem aquæ maledictionis, quæ adulteras prodebat) ubi virgines uno iurando; altero lauando, an Dianæ castum seruaßent hymenæum explorabantur. Adhæc graßantibus delictis aliquibus publicis ad tempus interdum suis responsis cessabant, imitaturi & in hoc verum Deum, qui uocem suam in arca cobibuit, peccantibus filijs Heli; Regna etiam urbesq. uergentes ad interitum sua opera conseruari mentiti sunt, ut in Ilij destructione sub Iunonis & Veneris imaginibus depingitur; sanctorum Angelorum pro pijs excubias perpetuas agentium munus æmulantes. Multa præterea, & alia huius generis ab ijs factitata sunt, ex quibus tamen, uel hæc adduxisse, nobis satis sufficiat.



DE

DE NATVRA DAEMONVM IO. LAVRENTII Ananiæ Tabernatis Theologi.

LIBER TERTIVS.

VERVM quod ad responsa dæmonum attinet, semper hoc proprium habuerunt, quod aut dubia, aut perobscura erant, quo homines inextricabilibus perplexitatibus inuoluerent; vt vel his patet: Ibis, redibis, non morireris in bello, Non Apulus Carolus vincet. Neque hoc naturæ oraculorum, quasi aliter reddi non possent, vllo pacto adscribendum, vt multi ex antiquis falsò sibi persuaserunt; sed dæmonum partim fraudi, partim uerò inscitiæ: quoniam quamuis plurimarum rerum cognitione, ingeniiq. acumine præcellenti præditi sunt, & ob proprias rerum ideas, quæ ipsorum essentiæ insunt, quibus eos nunquam in sciendi potestate esse Theologi asserunt: non tamen

propterea rerum contigentium certam veri tatem aßequi poßunt aut quod uere ut dicit Thomas nesciunt: cùm ab aliorum pendeat uolúntate, aut quod ab Angelis Dei nutu (ut Scotus inquit) prohibeantur: namque satis dedecere, cùm sensile nihil sit, quod sensus non capiat, intellectile, quòd intellectu comprehēdi nequeat quicquam reperiri nec quicquam ad rem facit, quòd sæpe ipsorum prædictiones ab euentu præcise comprobatæ sunt, vt videre est in Martio uate, qui multis ante annis Cannensem pugnam ita prædixerat, ut non tam futura, quàm iam facta referre uideretur, ac in Hidaspi antiquissimo uate Lydiæ rege, qui simul cum Romani Imperij excidio uniuersalem mūdi etiam præcinit ruinam, iudiciumq. futurum: sic etiā in Mopso, & Thiresia alijsq. uatibus nā cùm hæc prædicerent, non quasi ea, quæ ex se cognita forent; at quæ certa ab Angelorum, ut inferius demonstrabitur, audirent reuelatione, vaticinabantur. etenim his formis tātùm quod à naturæ principijs pendet, simplici nihilominus, ut & Angeli intuitu quadam tamen succeßione percipiunt, quàm uis ratiocinandi uirtutem habere, si uellent,

cum

eum ipsorum natura ex parte nō repugnat, utique posse Scotus non denegat; non tamen, ut rebus ordinantur diuinis, ac cœlestibus cùm his quasi noctuæ circuitu cæcutiant. Qua quidem naturali scientia nequaquam ob commissum crimen (ut dictum est) priuati fuere; licet nonnihil obscurati; cùm ea, ut dixi, non ad Dei gloriam, uti faciunt Angeli, sed ad ignominiam potius liberi tamen utantur. Proinde hæc eorum scientia potius nocturna, quàm uespertina, quæ propria est Angelorum à proprijs scilicet eorum naturæ emanans principijs, nuncupanda est: qua quidem omnium rerum uirtutes, hoc cum uolunt, percipiunt, unicoq. tantùm actu conuertuntur ad cognoscendam quamlibet formam cum omnibus suis indiuiduis, licet non ad diuersas rerum species, uti nec intelligentiæ propria uirtute conuerti queant, ex quarum certè intelligentiarum singularum perfecta cognitione, si haberi ullo ab homine hic posset, multò certè maior, quàm ex totius mundi perspectione oriretur uoluptas & delectatio: qua quidem Dæmones ob commissum in Deum scelus, ac facinus destituti, & si scientia non careant: nihilominus quanta-

cunque eis reliqua sit, haud tamen aßequuntur ea, quæ à Dei, tum etiam nostra dependent uoluntate, uel iam existentia, tantùm abest, futura. Ex quo consequitur, si quando futurorum euentus aliquos prædixerint, id eos ex superiorum nutu, ac reuelatione miro Dei ordine, ac prouidentia accepiße, ut homines, qui præ cæteris omnibus creaturis imaginem diuinam expreßius quid referunt, spōtè spreto summo, infinitoq. bono, sceleribus se se contaminantes magis præcipites in pœnas, extitiumq. ruant. Nec cuiquàm mirum uideri debet, Angelos interdum cum dæmonibus colloqui; cum non sint animi ita dißimillimi, naturæq. sic repugnātes, ut omnem, quo se prosequantur amorem ut dictum est, prorsus exuiße, uideantur, & si Dei dilectionem abiecerunt: quia Angeli uel hac cum dæmonibus actione minimè uacant: id propterea operam dantes, ut fides eò magis exerceatur, incrementumq. sumat: mutuum uerò inter ipsos bellum ratione diuersarum uoluntatum excitatur; cùm hi Dei honorem omnibus modis auctum, illi uerò contra, diminutum uelint, multisq. qualitatibus procurent. Neq. tamen dæmones ex hac

cum Angelis conuersatione quasi ad aliquem amorem erga Deum commoueantur; cum summa obstinatione atque malitia ea pro qua carent charitate ab Angelis discrepant: futuri solummodo alicuius cognoscendi causa hæc colloquia potissimum expetunt. In hunc etiam modum Satanam cum ipso Deo collocutum apud Iob clarè patet: ex quo factum, ut gentes crebrò per oracula delusæ sint, & adhuc quoq; nonnullæ deludantur. Hac futurorum prædictione humanis mentibus iam natura rerum eiusmodi cognitionum plus satis cupidis, ac curiosis per totum ferè mundum olim diabolus astutè se insinuauit ubique locorum: & quod mirum, idem cultus antiquis Druidum in Gallia, & Gymnosophistarum in India deprehensus est: atque etiam ex rebus naturalibus quibus cùm diuinum nomen laudandum esset: siquidem cuncta in hominum gratiam, usumq. creata sunt, propter eorum abusum uituperari, ac blasphemijs affici cœpit; cùm ipsorum dæmonum dolis fraudibusque sortilegæ, ac superstitiosæ artes, quæ originem ex Elementis, cæterisq. creaturis traxere, hominum animis obtrusæ sunt, erepto inde uero bo-

ro honore Deo debito, pietateq. ipsa: hinc in finitus ille gentilium deorum numerus eo rum astutia excogitatus, vt tandem nec vnica res, vel natura, vel arte producta superfuerit, quam diuinis honoribus non affecerint: hinc vt & præmissum antea, Chaldæi igni, quo prius Aretia Deum coluit, genua flexerunt, cui & Acham furore diabolico agitatus, vel proprios liberos initiare non ad dubitauit, cui & hodie nõnullæ veneficæ cre brò alienos, vel etiã suos infantes consecrãt quos, quandoq. deuorant: cui etiam igni uel modo multi in Scythiæ extremis, pernitiosibusq. Aethiopiæ tractibus cernui sese inclinant, ab insensibili hoc Elemento auxilium, aquã è pumice nẽpe poscentes. Persæ quoq. ãtiqui cùm in nouilunio Hebræos caput ape rire cernerẽt de noua rerũ prole Deũ laudãtes Lunã adorauere, ipsumq. Solem, Mirim ipsi vocant diuinis honoribus prosecuti sunt, ad cuius exortũ uel equorũ hinnitu interdũ futura præscire sibi. Inde etiam a diuersis ido lis, vt & Aegyptij, Græciq. & aliæ gentes, sua habuerunt respõsa; nec adhuc similia ido la prorsus à mundo extirpata sunt, quamuis id sibi persuaserit, hallucinatus tamen in hoc
Ber-

Bernardinus Mandelius, innixus textui Zachariæ, ac Esaiæ Prophetarum vbi habetur sub Messiæ aduentū, cuncta idola abolitū iri (uir hic alioqui acutissimus, vt qui ætatē ferè in philosophia, ac logicæ argutijs consumpsit: cui equidē non pauca debeo) cùm tātùm explosa sunt à Romano Imperio, cuius nomenclatura (cū toti tū cognito ferè orbi imperaret, totū regi mundū dicebāt quē dicendi morē etiam in nouo testamento secuti sunt spiritu Dei illuminati Euāgelistæ, vt misit Cæsar, quò describeretur totus orbis, cùm nomine totius orbis, hic tātūmodo Romanū Imperiū designetur. Quæ itaque idola adhuc supersunt in mundo sensim, & paulatim quoq; expellētur, donec tandē ab omnibus, hoc increato lumine clarius perspecto; vnum fiat ouile, & vnus pastor: in Europa enim apud Gruntlandēses, in Asia apud Obdorianos, ac alios multos, in Aphrica apud nonnullos Nigritas, & in nouo Orbe apud diuersos populos etiamnū idola respōsa dant ex certis symulachris. Verùm ad institutum redeo, ac cætera, quæ de his idolatrarum generibus adduci huc possent, prætereo. Quoniam tot tantaq; fuere apud Aethiopes, Arabes, Mauros, Hispanos,

nos, Gallos, & Germanos, Sarmatas denique, Scythas, Romanos, Pænosq. vt idolatrarum genera ad trecenta, eoque amplius excreuerint, auctore Themistio: ex quibus Thusci tonitrua, fulgura, fulmina, decidua sidera, cæterosq. aereos ignes coluere, è quibus non raro (cum horum sint signa non ita fallacia, vtpote ab ipsa natura prodeuntia,) instrui possent, quæ contingunt, ignari ipsis ascripsere, quorum diligentia eo processit, ut assiduè dierum numerum prædixerint, diuersosq. deos his præesse statuerint, artemq. fulguritarum eorum astutia edocti, literis scripserint Hetruscis, Thages, & Begoe Nympha. Hac dæmonum superstitiosa arte Pythonicaque astutia Porsena Larthes Vulsenam vrbem diu frustra obsessam horrendo fulmine ictam succendit, funditusq. igne vastauit: qua etiam Tullus Romanorum Rex nondum perfectè satis instructus, periculum huius aliquod faciens, suæ ipsius mortis occasionem præbuit, fulmine ictus periens. taceo nunc auspicia & auguria, quæ ex vario præpetum volatu, oscinum cantu, aliarumque auium cibi, ac potus obseruatione, secundum Lunæ cursum captari solita sunt; quibus qui

dem artibus: primùm à dæmonibus illusum est Palestinis, quæ dehinc ad Pisidas Græcos, Hetruscos, Romanos, cæterasq. ferè omnes gentes propagatæ sunt. Hæc ars apud antiquos tanti tandem ponderis esse cæpit, vt sine ea haud quicquàm nec publicè, nec priuatim inciperent; neque mirum, cùm multa non absque diuino arcano ijs scire datum sit, ipsorum etiam dæmonum excedentia potestatem, vt gentium historias consideranti occurrit ex Nauio fama multorum celebrato augure, qui in alterius corde abstrusas, ac quasi sepultas cogitationes cognitas perspectasq. habere potuit: hinc & quod natura uidebatur impossibile, curiosius rem indaganti possibile esse apparet, nouacula scilicet cotem scindi; hæc auguria non minus ex aduentu exoticarum auium inconsueto obseruata sunt, quæ dæmonum aliunde adductæ astutia, sæpè sua præsentia haud exiguam superstitionibus illorum fidem fecere, adde & per repentinum incognitorum animalium accessum, vt paucis ab hinc annis in Peruana Prouincia euenit, vbi murium nunquam antea visorum tam portentosa magnaq. copia, longè lateq. agros eorum va-

stans. fructus absumendo, non exiguum leueq; fecit incolis indicium subsecutarum calamitatum ob ciuilia bella inter Hispanos propria eorum auaritia exorta, attractaque. Horum animantium complura genera iam olim usu esse desiisse à veteribus conquestum est, vt in Hetrusca videri potest disciplina, minimè tamen (vt aliquibus placuit) ex noua aliqua cœlesti superueniente configuratione factum; verùm ob diuini potius illius luminis exortum has dæmonum tenebras dissipantis. Per animaliũ porrò repentinas fugas varias hominum voces, diuersosque mulierũ partus omina sua etiam captabant; vt ex nonnullis, quæ in aere etiam prodigijs fierent ab illis ipsis dæmonibus, ibi quasi regnum pos sidentibus, variæ flammarum igniumq; figuræ & splendores accensi sunt; ex quorum luce, ac motu, nunc hoc, nunc illo modo futuros euentus coniicere consueuere. Adhæc & per diuersa, quæ in ipsa terra apparebãt, ostenta; quorum superioribus annis hoc maximè portentosum conspectum est, in regione Popaiana, homo scilicet statura gygantea, scisso ventre, exitisq; exenteratis binos infantes, quasi filios brachijs amplectens, horrida

malæ postea subsecuta etiam minatus, non nisi maximum ijs gentibus incussum timorẽ relinquens, tandem euanuit. Sic & per amnium innundationes, variosq. aquarum fluxus & fragores assiduis terremotibus ventura prædicebant; vt olim apud Germanos a Velleda primi nominis suæ ætatis auguratrice factitatum legimus; ex diuersis itidem terræ hiatibus, stridoribusq. concitatis, ac reliquis eius generis similibus multis, omnia tamen, non nisi dæmonum opera studioq. sollicito confecta; sicut & hodie adhuc apud aliquos Barbaros ijdem operam dare minimè desistere, tantopere diuino honori inhiant, humanumq. exitium pro sua virili procurant. Verùm cùm hunc diuinum honorem cultumque, duplici pacto quasi (nostris delictis id commerentibus,) sibi vendicare satagãt, clàm scilicet, ac palàm; de vtroque etiam illo modo nobis hic, loco non ita alieno, quã tamen fieri poterit breuitate lector admonendus non ab re videtur. Vnus ergo est, cùm nos rebus nonnullis vanis futilibusq. quidem secundum vim virtutemq. nobis incognitam vtimur tamen, quo rebus vehementer desideratis consecutis animum expleamus; cuili-

bet itaque enitendum, vt mente quod acturus est, præcognitum habeat; veluti cùm quibusdam vtimur contra fascinium varijs crepundijs, nonnullis speculis, Meletæ corijs, plerisque hoc genus alijs rebus; aut cùm sacra miscemus verba dictis rebus inanibus, quo optatis frui liceat, velut si rei alicuius desideratæ reperiendi causa orationes sanctorũ, psalmos, ac euangelia recitauerimus; cùm hæc non ad res quasuis viles & abiectas, sed potius præciosissimas omniũ æternas nempè nobis comparandas cælitùs concessa sint. Iis autem rebus adeò vanis inanibusq. haud vlla, siue à Deo, siue ipsa natura indita virtus ineße potest: at dæmonum præstigijs potius ipsis quasi suppositicia, ementita: hinc fit, vt cuncta nomina incognita dæmonibus adscribantur, quibus vulgus furtim pro amuletis vtitur, quæ etiam ante diluuium sibi somniant; quorum tamen nulla in sacra scriptura nec mentio, nec significatio reperitur atq. hæc existunt Got, Giber, Gabir, Cadebra, ac sexcenta alia; eoque magis, quòd hæc in manibus superstitionibus addictorum raro non deprehenditur; quæ quidem eorũdem dæmonum fraude doloq. iam

tum inuenta aiunt, cùm primũ in necessitati bus diuinũ nomen inuocari cæptũ est, Sadai *scilicet; quo* Enos *primus omnium in lege naturæ cæleste implorans auxilium vsus scri bitur; cui vtpote tertio ab Adam plus cæte ris gratiæ concessũ est, ac* Iehoua *Moysi di uinitus ostensum, quo eum Hebræi tot mira culis clarum celebrant, Deumque factum Pharaonis indubitanter asseuerant. Multa ex ijs à dæmonibus excogitatis nominibus mi hi videndi potestas aliquandò facta est in annulis quibusdam argenteis Hispanorum velitum; quos ignari haud pauci, quô tutio res ab aliquibus periculis redderentur, non sine deuotione gerebant: a me tandem rem ipsam tam impiam edocti: hos animo prom ptissimo omnes perfregerunt. Neque exi stimandum hæc fortè nomina ex illa, qua dæ mones inter se propria vtuntur, lingua ali qua deprompta; cùm nullo vbi spiritus sint, sensili inter ipsos indigent idiomate: quan doquidem cuncta intellectu, non sensu, cre brò vt repetitum est, percipiunt, proprios sci licet, vt Angeli sibi inuicem conceptus per propinquam, vel longam distantiam manife stãdo: quãquàm nõ me fugit dæmones nobis-*

cum

cum loquentes sensili v.i i.diomate: atq. hoc hæbraico frequenter cum ijs omnibus, quibus cũ verbi faciũt, licet variæ, diuersæque sint nationes, modo haud id ignoret: neq. hoc sine fraude, ac occulto dolo agunt, Angelos enim hoc sæpe compellãtes idiomate imitari quo decipiant, summo enituntur opere: quã quidem linguam in qua hæc sunt nomina, cẽsendum equidem existimarim barbaram aliquã vt perhibent peritiores, quorum sententiæ haud inuitus subscribo, antiquam Aegyptiam suspicantes vel ex eo, quod dæmones ea compellati, libentius pareant; præsertim cum Aegiptij omnium primi maximum cum illis habuere semper commercium; eorum cultum amplectentes quæ itaque nomina, dum peculiari quadam emphasi ob id, quod incognita in his superstitionibus exprimerentur, in tantam admirationem animos iam ante in id pronos continuò rapiebant, vt certam fidem barbara cæcaq. gentilitas his adhibere non addubitarit, ad quam fortasse linguã allusit Græcorum omnium poetarũ doctissimus Homerus dum Deos proprio sermone colloquentes Xanthum fluuium scamandrum nuncupare scribit ob quæ certe nomina

exanimio prolata longè libentius crebrò nonnullos superstitiosos adeunt; præsertim si certas quasdam barbaras antiquasque figuras, immiscent interlineatas pentaculis, sigillisque proprijs eorum instrumentis, ad quæ alliciuntur, non perinde, vt animalia ad cibos; sed vt spiritus ad occulta signa. neque ex sigillis istis satis conijcere possumus dæmones aliquibus peculiaribus inter se vti literis, vt aliqui arbitrati sunt, cuius quidem opinionis fuisse quendam Theseum Ambrosium ex libello eius de varijs alphabetis edito videre est, in quo Spiritum quendam aliam atque diuersam ab omnibus, quæ haberi possunt, literarum peculiarem quandam cõfigurationem scripsisse asserit; cum tamen vsu literarum nullo indigeant, sicuti nec aliquo sensu, in propria eorum operatione, cùm rerum semel tantum perceptarum nulla unquàm eos capiat obliuio. Cuius quidem rei non ita pridem factum fuiße periculum in Aemilia à mago quodam Felsinate, ac Mediolani ab altero tradunt. Nam cum is magis suauissima eorum musica longo dilectatus esset interuallo: nonnullis enim, qui præ manibus tum erant, instrumentis sonnerantes,

rant;

rant; mutuò de anima amplius duabus horis peracute dißeruere, cùmq. magum Auerrhois opinionibus addictum perciperent, sic & ipsi eisdem inhærere dissimularunt: ut non modò dicti auctoris nondum nobis repertos libros citauerint; sed sæpe, uel ipsissima auctoris uerba, ne dicam sententias protulerint. hinc illi misero accidit, ut suæ ipsius firmiter insisteret sententiæ, ubi antea cespitans decipiebatur: quod tamen minimè mirum uideri debet, dæmones altiori imperio constrictos, cum raro uel nunquàm falsa ob id respondere consueuerint, tum hoc finxiße; nobis namque obeße semper quoquo possint modo, operam nauant. Cæterûm, ut ad id, unde digreßa est, nostra reuertatur oratio: Dæmones certas etiam scripsisse notas comperti sunt, non quòd ijs ipsimet opus habeant, sed eorum, quibus cum ipsis est commercium, potius causa: solemnes enim certas quasdam literarum obligationes, ceu dominus à uasallo fidelitatis, perfidiæ potius nefandæ, iuramenti præstiti à suis illis omnium miserrimis mancipijs extorquere solent, ad quam rem conficiendam, literis uti interdum consueuere proprijs cũ ipsi scribant, ab alijs omnibus

nibus satis diuersis: & cum hi, quibus cum paciscuntur, exarant quisq; suo, uel sanguine scribunt proprio, præterea Per uarias sortes, alio longè malis, quàm bonis uiris usurpatas diuinos honores sibi quærere studuere; dum scilicet his in rebus aspectibus cæli in futuris denotandis iusto maior uirtus attribuitur, eiusmodi supestitiosa Ægyptiaca diei horarumq; obseruatio, ut impia probibita est. Eadem prorsus moliti, introducendo hydromantiam, quam Numam Pompilium Romanorum regem exercuiße perhibent, ubi uarijs res conspiciendas exhibentibus spectris, imaginibusq. in pelui quadam ad id consecrata sub aqua rapta, ac interdum instantia cognosceret: qua certè superstitione, utpote à Grecis, unde omne eiusmodi genus ad Romanos promanauit, ex Dardani libris Numa infectus, ex suo cum Aegeria Nympha colloquio ea se hausiße simulauit. Sic & per ipsam Pyromantiam, cuius Amphiaraus inuentor celebratur; qua uarijs flammarum motibus, fulgore, lumine ac strepitu, extinctuque futura inspicientibus ostendebant. hæc & paucis ab hinc annis diabolus superstitiosis de futuris consulentibus Li-

thuanis Samogetisq. illusit: morbo enim ali quo laborantibus, si vmbra corpore igni op- posito aduersa caderet, certam spem pristi- næ recuperandæ valetudinis: sin cōtra, auer sa scilicet, mortem portēdere, persuasit. Ad eundem penè modum, & per Aeromantiã factum, quã etiamnum Mauri diuersa pro- gnostica inde captantes vtuntur: ex varijs nempe ventorum flatibus, aeris constitutio- ne; stellarumq. scintillantium quasi forma, ac etiam per alphitomantiam, qua tritici: aut farinæ excussione futura consequi perhi- bent: atq. per Alectromantiam Galli scilicet cantu nomen aßecuta est & Tyromantiam casei hiatu, ac compagibus hanc sic voca- runt: qua etiam quæ succederent, facile pro- gnosticabantur; sic & per Geomantiam, cui falso vim ab anima adscribunt; quasi ve rò in hac superstitione adhibitis in vsum fi- guris mens excitata, sensibus quibus vinci- tur, prorsus sopitis, nullo vnquam negotio, quæ vellet contingentia; aut a se ipsa quo- dam spiritali emisso lumine, aut in se super nō influxu ita reciperet; ut solis radios per lucidus excipit aer, seu specula sensibilium obiectorum imagines, cum tamen nemo, un-

quam

quam alicuius rei cognitionem assequi possit, nisi eius, quod ipse adinuenit, aut ex aliorum doctrina percepit: quod falsum reperitur, dum a cæli motu id procedere existimatur, cùm sæpe quæ inquiruntur, à superiorum voluntate dependeant; nec a Saturni intelligentia astro vsa instrumento, siquidem intelligentiæ, vnde astra diuersa lumina virtutem variam, cæliq motum, ac uim recipiunt, haud vnquàm cælestes orbes deserunt, cùm propria essentia, virtutisq. contactu, vt diuinæ, quo cælos moueant, opus habent. Nec etiam aliqui inferiorum Angelorum suamet sponte ad eas res accedunt, vtputa superstitiosas, diuinæq. prohibitionis repugnantes; nec a Deo id negotij ipsis datur, quorum opera ad res longè excellentiores, sui nempe ministerium, piorumque hominum, & corporum & animorum protectionem vtitur, nihil itaque reliquum est, vt id omne, non nisi à Dæmone proficiscatur: ipsemet enim audisse memini quendam insignem Geomantem frequentius fecisse periculum, qui prorsus, solêniq. cum protestatione omni, si quòd esset dæmonium occultum, abrenunciato instrumento, nihil quicquàm amplius veri ex

 hac

hac superstitione elicere potuit; cùm tamen antea assiduè illam exercens, haud dubium rerum prospexerit euentum. Et per plumbi porrò infusionem similes nugas superstitiosas mundo obtruserunt, dum a Saturno, cui hoc metallum assignant, ad dubia quæsita responsa petunt superstitiosi, vbi plumbum feruendo veneficia prodere sibi persuadent ex eo, quod Saturnus, tum in metallum, tum & in dæmones habere dicunt, imperio, dominioque: diuersis enim metallis, diuersos ascribunt planetas, sicut etiam & plantis, herbis ac coloribus: quo etiam pacto nonnullas fascinio nexas venationes soluere pollicentur: à quibus quidem hoc edoceri maximè optarem vndenam hæc tanta illorum proficiscitur debilitas, quo dæmones efficere non possint, ne plumbum ab igne ferueat, cùm materia vt mobilis ad nutum etiam obediat, nulla prorsus vi resistente: Vnde itaque hoc alio quàm dæmonum arte prouenire dixeris? Idem fit quoque per Cosnomantiã, ac Capnomantiã, quarum illa cribri agitati gyrum, hæc fumi motum considerat: adde per gyromantiam & per astragalomantiam varij in dextram leuamq. inclinantes circuli huic nomen dedere

dere, vt alteri aſtragalorum in alueolos iactus: atque etiam ſic & per Coſmologiam, quandamque aliam ſcientiam, quam Arabes falsò, cùm magica ſit ſuperſtitio, Cabalam vocant, qua ex figuris nonnullis, ac Arabum literarum ordine multa, ac varia ſe præſcire iactant & per Catoptromantiam, qua puerorum oculis in preſentia ad ſpecula fixis futura ſibi promittunt, at etiam per pſichomantiā, quēdā illapſum animiſque innoxÿ pueri neſcÿ quid loquentes, prædicūt per Theophaniam, nec non per Onomātiā, qua per numeri paris, imparisue exceſſum, Achilles ſe Hectorē interempturū cognouit, & per alias quaſcūque, quas Hebræi batcol *nuncupant, ut per Chyromantiā, ſub qua mira aſtutia hic noſter anguis antiquus latet, ac per Phyſiognomiam, denique & per Aſtrologiam, harum omnium matrem, tum præſertim, cùm quæ contingunt, ſedulò inquiruntur; hanc, inquam, quæ dæmonum technis corrupta eſt, quæ Aegyptios, Indoſque in idolatriam præcipites egit: nec ipſi Hebræi ueritatem Dei cultus edocti ab hac alieni fuere: quam tamen ſuperſtitioſam artem Ioſias rex pius, ac iuſtus extirpauit, dum*

ſacra

sacra Solis, Lunæ, omnique cælesti militiæ è medio abstulit: non tamen eam hic intelligimus, quam Abraham Aegyptios docuit sacerdotes, qua cælos, motu, iusta tempora decernere, ac sidera in hæc inferiora agere ostendebatur: alio enim modo quæ à voluntatis imperio fiunt, quàm quæ cæli influxu, astrorum figura, manuum signis, facierum lineis, alitumq. tum cantu, cùm uolatu fiunt rerum curiosa obseruatione Deus disponit, ac regit; proinde, ubi ex his dictis desumptam prædictionem aliquam euētus ita comprobauit, non nisi dæmonum opera factum existimandum. Hinc consequitur, & illa per somnia diuinatio, hæc posteaquam dominus in somnis apparere cæpit, gentibus irrepsit, quæ quidem somnia, & si interdum à naturalibus causis, cælorum imaginibus, angelorumq. reuelatione causantur, dæmones nihilo secius raro est, si reges, ac uates exceperis, quin sese ijs immiscent: quod uel tùm maximè dant operam, cùm quasi inuitantur ab his, qui hæc ieiunijs, precibus, thymiamatum suffitu, sanctorum nonnullis orationibus, quibusdam herbis, frondibus gentium Deorum consacratione, lapillis aduocata crebris

circulis

circulis uertiginem procurant; ac tempora, dies, horamq. sedulò inspiciunt, quibus proprias & peculiares uirtutes, ac noxas ueteres, cum Chaldæi, tum Aegyptij adscribunt, accensis certo numero candelis, quibus nostri religiosi benè precati sunt, aut quæ beatorum tetigere reliquias. huius generis multæ & aliæ superstitiones & hodie a plerisque nomine Christianis, re autem ipsa Ethnicis longè deterioribus clam obseruatur: quod quidem relatu saltem, ne dicam factu omnium est turpissimum. quæ enim insania, ac cæca dementia eos, qui nomen Christo dedere tum primum cum sacræ aquæ infusione Christiana in religione cõsecrarentur, eosipsos tandem turpissima defectione cum hoste Dei, & hominum colludere? quæ enim Christo societas cum Belial? sic & quæ Christiano? cuius nomine meritò gaudere uolumus? Porrò, & superioribus diris superstitionibus à diaboli inuentis Notariaca adiungitur, qua multa de scientijs dictu incredibilia á cœlo prodiri ferunt, cùm potius si manifestantur casu, dæmonumq. ut & cætera, illusionibus contingunt, & si ea antiquitas a Mopso, Hermete, Atlante, ac Apollonio Thyaneo,

cuius

cuius nominis magicam vim subeße credidit, ac multa sibi reuelari somniauit: quam vanitatem Zoroastri non ab re igne pereunti acceptam referunt, cui vel ex minima saltem parte addicti, indigni certè ab omnibus bonis reputantur, qui solem, vt Thoes amplius oculis contemplentur; quos expergefactos nihil ex tantopere exoptatis rebus, vidiße contingit; præterquàm, quòd ad priora peccata maiorem inde cumulum accesisse, iramq. diuinam contra se magis concitasse (si non cæcutiant prorsus) videre possent; vtinam omnes tandem hoc veterno sepulti dormientes aliquando expergiscantur, ne postremo æternum ipsis pereundum eßet. Cæterum & aliud est genus harum superstitionum; ubi nimirum dæmones, palàm inuocantur; quòd tum potissimùm peragitur, cùm allecti varijs superstitionibus coloribus scilicet, ac suffumigijs humanoq. interdum sanguine accedunt, vt ab antiquis, recentioribusq. nostris obseruatum est idolatris. Hac dira Necromantia, vti Græcis dicitur, cadauerum erectione olim fieri solita, Vlyßem in terempto Elpenore, ac Aeneam Miseno, vtrumque classium in mari errabundarum

ducem

ducem vsum fuisse, fide digni scriptores testes sunt, vt & Simonem Magum hæretici Menandri magistrum, cùm Nicetam puerum suum suis ipse manibus hisce nefarijs dirisq. spiritibus, quorum nefanda nomina Egyn paymon, Aymon ac Oriens finguntur: hos enim dæmones mũdi cardinibus utiq. ad nocendum promptos quasi principes assistere aiunt harum vanitatũ scriptores. Hac eadem, & animas mortuorum euocari olim creditum est; falsò tamen, cùm haud vlla, nisi quæ informant, corpora propria virtute (vt suo inferius dicetur loco) mouere queant, vt in hac scelerata arte fiebat. Idem dabant & operam per Necyomantiam, hoc enim nomine vmbrarum diuinationem dixisse ferunt, quã frequenter antiqui exercuerunt, purpureis floribus, herbis, odore fragrantibus, vario succorum suffitu, ac diuersis canticis, alijsue rebus; quibus homines aptiores ad dæmonum excipiendas actiones reddi putarunt; in quã animas euocari, vbi dæmones essent, corporum, è quibus antea emigrarunt, similitudine apparentes sibi crediderunt delusæ gentes, quod quidem reipsa contingere antiquorum plerique rati

 sunt,

ſunt, vt ex hiſtorijs Ethnicorum apparet, vbi Homerum ex inferis ab Appione Grāmatico, quo nonnulla, quæ ſuis in ſcriptis reliquerat, dubia explicaret, longo iam tempore, poſtquam erat vita functus, reuocatū legimus; quid? quod & in ſacroſancta noſtra ſcriptura eius rei exemplum reperire eſt, Pythoniſſa quadam. Saulis iuſſu belli exitum præuidere ſatagentis Samuelis Prophetæ animam in vitam reducente; quod quidem omnes ferè Hebræorum Mechubales reipſa contigiſſe aſſerunt, qui ante annum animas ob laborem matribus nouem per menſes exhibitum, nullo niſi hoc poetarum circulo completo, loco miſeras deputari affirmant. Cuius ſententiæ & hodie quidam eſſe videntur, qui ab amicis animam exhalantibus dexteram porrigi petunt, quo ſcilicet poſt diſceſſum animarum ad eorum conſpectum accedant ab his nimia quadam curioſitate, quæ ſibi animo conceperūt extorturi. A quorum quidem animi ſententia non pauci claſſici diſcrepant recentiores Theologi aſſerentes animas nullo vnquā pacto ad earū libitū educi poſſe; tùm, quòd animæ his corporeis exutæ exuuijs, quæ in

mundo

mundo accidunt per se perspicere minimè queant, nisi in Dei, cùm fiunt, videant essentia, aut eiusdem certè per Angelos reuelatione habeant: tùm etiam inquiunt, quòd Sancti Dei famuli Samuelis piè iam defuncti anima nullo ne vel minimo quoque modo Dæmonum potestati subiacebat, cùm in sinu Abrahæ exoptatissima cum omnibus pijs quiete fruebatur. Nec ad rē facere aiunt, quod ipsa sacræ paginæ litera Samuelem resuscitatum dicat; cùm non sit infrequens, ipso signato pro signo scripturam vti, vbi haud res ipsa, vt apparet, existit, at aspicientum oculi ligantur: quod vel ex ibi subsequentibus colligere est, cum animæ nulla, nisi quæ vt dictum est, informant, corpora mouent, à quibus semel solutæ, ut iterū illis coniungantur, nulla arte præstari potest, cùm hoc solius diuinæ sit potestatis, sic, nec ut alicui cadaueri conglutinentur, neq; ut phantastico, uero ementito, hoc ipsis dæmonibus est integrum, cùm in eorum potestate non sint, nisi quatenus duntaxàt affligantur diuinæ iustitiæ poenis, non culpæ quidem commißæ (misericordia mediante,) condignis, sed potius congruis, ut Theologi dicere

consueuerunt, castigantibus. Nec dæmones animas, quasi secundum quietem rerum imagines, representare possunt uel ex his, quæ proprijs maculis expiantur, nulla nempe in eos facultate, ipsis uictricibus existentibus, dæmonibus relicta, & si non prorsus alienum uideatur, eis in purgatorio uarijs cachinnis, ac sarcasmis illudi posse, hisce superstitibus quibusdam adhuc, ut nonnullis antiquorum Theologorum placuit, corporeis affectibus, neque etiam illis, quæ sensus nihil, sed damni tantùm poenas dant, uim inferendi quicquam ipsis iuris est, sicut nec eis, quæ prorsus ob sua commißa delicta tartaris mancipatæ sunt, quarum tantummodo tortores, executoresq. diuinæ iustitiæ, quo ad finem mundi existunt. Si enim, ut illis placeret, animas hinc, inde, & educere, & reducere integrum esset, minimè tum iustitiæ diuinæ satis fieret, locis destinatis cuilibet ad illorum libitum mutandis; & si interdum diuino permissu, & dispensatione, quasi quo uiuentes adhuc de earum immortalitate, statuque edoceantur, inq. fide amplius confirmentur, nobis aliquando aliquas adeße poße, Iustinus Martyr Philosophus,

phus, ac Theologus haud postremæ notæ nihil cespitat, innixus forsan Ecclesiastis autho ritati, vbi de Samuele legitur: Obdormiuit in domino, & notum fecit Regi finem vitæ suæ: quod etiam patet in vita S. Martini per latronis vmbram. Adsunt præterea hi nefarij Spiritus hominibus apertè & palàm mi nisterio quarundam effictarum imaginum in aliquorum exitium ac interitum adducti ad explendum veneficorum desiderium: quid his addant hæ pestes, hominum, alio loco innuimus: Per alia quoque veneficia atque philtra, vt inferius clarius elucescet, attracti præstò sunt, mira Dei permissu efficientes: horum etiam fraude ac dolo plerique antiquorum Sacerdotes, ac humana sapientia donati, impulsi sunt, vt & suarum animarum salutem Theurgia indagare satage rent (hoc enim nomine alia quædã ars præstigiatrix vocatur) cuius ope falsam animis expiationem olim sibi pollicebantur pharma cides sacrificijs quibusdam, ac consecrationi bus, quas Teletas nuncupabant: infelix certè inuentum, ac miseranda horum infelicissi morum conditio, vt ex quo fonte Ilias malorum, mors denique temporalis & æterna in

mundum profluxit, inde se suam salutē hau rire crederent. Idem dæmones authores quo que fuere, vt Hecate vel oraculis, quibus vt plurimùm religionem simulabat, artem magicam doceret; non eam, quæ in naturæ arcanorum indagatione occupatur, qua acti ua passiuis applicando, mirum in modum se cretiones sapientes mundum maritant, ut sæ penumerò vera, ac stupenda præstent: verùm mathematicam falsam, ita noxiam, & periculosam, vt eius exercitium palam vbique locorum omnibus temporibus prohibitum fuerit tam apud veteres, quàm apud recentiores: quo factum, vt à sua pa- tria expulsæ sint Adelrunæ magæ, ad quas Hunni suam referunt originem, ac Dardani libri, atque etiam, qui Numæ Pompilio asscriberentur, senatusconsulto, quippe qui hanc vanam superstitiosam que artem conti nerent, flammis merito consumpti sint. Ne ro quoque initio in exquirendis magicis ijs ar tibus paulo curiosior, quòd nullum postea cer tum signum, argumentumq. perspexisse da retur, eas sustulit. Plinius enim autor est, ætate sua principem hunc vanas, falsissimas que comperisse magicas artes. Hinc etiam

fit, vt & Hebræi, ac Maumethæ, ultimo supplicio ijs utentes afficiant. Aegyptij autem, ut semper ab initio usque omnibus cæteris gentibus his superstitionibus addicti, peculiares Angelos ad eorum theurgicas operationes accedere sibi, ut multa alia uanissima persuasere: diabolos uerius credere eos par fuerat, cùm sancti Angeli gratia iam confirmati, cane peius & angue (quod dicitur) odio prosequantur, quæ diuinæ uoluntati, non dico in his grauissimis, sed uel minimis etiam contraria uident: immò potius rigidissimi, & ad unguem diuina præcepta, ut obseruantur, sedulò dant operam. Quo autem arctiori uinculo his uanitatibus irretitos paulatim sibi obstrictos reddant, eorum conspectui prænitenti fulgore sese obijciunt, mira sanè, minimè tamen fide carens illusio mille enim artifex, quod hac non successit, alia aggreditur uia; atque ubi lupina pellis (ut ille ait) non sufficit, aßuit uulpinam, & sic clam perficit, quod palàm non potuit, in Angelum lucis etiam sese transformans. hinc non sine causa Cabalistæ. easdem esse literas. Dei ac dæmonis nominis asserũt. his itaque artibus gentium doctissimi Abari Hy-

 perbo-

perborco, Empedocli Agrigentino, Pythagoræ Samio, qui ab alijs Thusons, alijs Calaber habitus est, Apollonio Thyaneo, & alijs plerisque Platonicis imposuere, Porphyrio Tyrio, & Iamblico Aegyptio, dum natura quadam, quod ætherei hãc eis inesse enitentem qualitatem imaginati sunt. Qui scilicet philosophi suæ sapientiæ confisi, ac innixi, & sibi, & alijs, quò minus ad veram sapientiam peruenirent, impedimento maximo fuere. Moliti sunt & quæpiam alia, hi spiritus impuri per Goetiam ac Pharmaciam, artem non minus corporibus, quàm animabus noxiã & periculosam. hac enim amatorijs quibusdam poculis ac veneficijs vsæ lamiæ, dici vix potest, quæ dira execrãdaq. mala perpetrent, extremam hominibus perniciem accersentes: dum ijs turpissimi amoris faces, quasi accendunt: vti in Amone & Antiocho, quorum alter sororis, alter verò nouercæ nefanda libidine flagrauit: alijs alio modo illicitæ Veneris auctores fuere: ad hæc, & alia de qua vt tractaretur, ars remanet inanis omnium pessima, qua dæmones ad deperditorum inuocationes, ac desideria sese conferre simulant: neque id mi-

rum

rum, cùm sæpius per insidias & clam, quàm apertò quasi Martè, & palàm homines aggredi consueuerint. Inuentum hoc falsò Salomoni adscribitur; cum tamen multo tempore ante eum ab Aegyptijs & Chaldæis repertum sit: quâ arte quibusdam sacrificijs proprium genium à sua quisque genesi, quò malum euitarent, felicitatemq. consectarentur, tentando, eò tandem miseri deuenere dementiæ, vt nonnullis barbaræ linguæ uerbis mussitatis, certisq. characteribus effictis hos nequam Spiritus constrigi, adigique sibi persuaderent: atque vtinam in hac summa luce quidam profligatissimi hominum hæreticis longe deteriores sua sponte hisce diabolicis tenebris vel hodie sese nō inuoluerent: cum neque aliquem ex multis eiusmodi scelestissimis Necromanticis reperias, qui crudeli, violentaque morte potius, quàm placida, ac naturali rebus humanis tandem non eximatur in summam desperationem antea adactus: qua in re quotus quisq; hoc vere fieri posse aßerit, toto vt aiunt, cælo errat: cū nil sensile sit, quod natura in spiritus, uti Dæmones sunt, agere possit, vt si certè dæmones congerentur, ageretur: nec coelitus vis

 aliqua

aliqua rebus corporeis (vt quibusdam videtur) contra eos vllam in poenam concessa est: Quoniam si hoc ita se haberet, illud inconueniens consequeretur, quod has superstitiones exercentes haud peccarent, præsertim si nihil aduersus proximum operarētur: quod omnino falsum est, cum & qui harum vanitatum tantummodo libros præ manibus habent, seuerè per sacros canones castigantur: sed nostra reuertatur oratio ad quem intendimus sermonem: aiunt namq. quo maiorem fidem faciant suis facinoribus, siderum obseruatione sibi ad hanc opus esse: at falso & maxima cum astutia fictum, cùm nil coelo, eo quòd spiritus subsint, opus sit: etsi non negauerim quosdam eorū effectus sic planetarum radijs subiectos, vt nihil nisi prius propria sibi stella inspecta perfici possint: alios vero sic subijci, vt non præmissa aliqua syderis inspectione fieri, quamuis præmissa melius queant. verum si non semper dæmones eorum optatis præsto sunt, fieri potest, quod Angelorum excubijs, quò minus sua perpetrent facinora, arceantur; aut certè ex composito quasi hoc simulando, quò astris, diuinum honorem apud homines concilient, aut

rursus

rursus ipsis coelestibus corporibus infamiæ quandam notã inurant; Vt plurimùm enim maius malum eorum clandestinis, quam manifestis operationibus metuendum. Verbis præterea hoc superstitionibus eiusmodi addictum genus hominum vtitur prorsus ignotis & raris, quæ tamen nullam, nec ex se, nec ab ipso coelo vim habere possunt, vt hi sibi somniant, cùm haud coacti vllorum verborum virtute, vt dictum est, at magis ex occulto cùm hominibus inito pacto foedereque, vel etiam aperto obediant: non tamẽ in dubium vocauerim hæbraica quædam nomina non exiguam in his spiritibus, cùm alliciendis, tum profligandis vim habere, modo tamen recto prolata fuerint. Id olfaciens Orpheus non sine causa nomina barbara non esse mutanda uoluit, etsi non quòd uocabula hanc uirtutem (ut ipse arbitrabatur) à natura quasi infusam adepta sunt; cùm illa neque sonitum efficiendo, nec aerẽ etiam tangendo, ne in corpus quidem ullo modo, tanto magis in Spiritus, imperium aliquod habeant. cæterum si quid, hoc inde accepisse putandum ab Adam in statu innocentiæ adhuc persistente, longè omnium

tum sapientissimo singulis rebus sua ex natura ipsa hausta nomina imponente: incoelestia enim terrestiaq. illi tum quodammodo erat imperium. Ex quo fit, ut etiam Angeli sensibili utentes uoce, Hebraicè loquantur, cuiusque gentis sint, quibuscum sermones conferunt, dummodo eos percipiant: quod haud dubium, quin peculiari diuino arcano factum sit, quod hac primæ integritatis status quasi adumbretur, ac humana tum luceat conditio cum primis parentibus ab initio statim (non ut reliquæ postmodum ex peccato consecutæ in poenam culpæ) data est. Aut etiam, quod dæmones maiorem laudem, ex his barbaris uocabulis, Deique contemptum summum quærant, cùm hanc linguam, utpote propriam, & peculiarem suis cultibus consecrarit, destinaueritq. omnipotens Deus Sabaoth, cuius etiam usum nouissimis diebus ubique locorum & gentium, quasi postliminio reductum communem fere omnibus cum forsan erit unus pastor, & unum ouile, nonnulli perhibent, eam que in coelesti patria omnibus uernaculam fore; alijs tamen nō deficientibus, non abs re haud pauci Hebræorum Thalmudistæ aßeuerāt: & qui-

& quidem iure optimo eius considerata origine, quam non ex peccato instar reliquarũ, sed ex ipsa integritatis conditione trahit, Chaldæis & Phrygijs falsò ipsa tanquàm sua gloriantibus. Præterea neque existimandum, uti fert opinio Necromantium, ob Characteres illos, quibus hi nauci homines utuntur dæmones accedere, ut astutè se ijs cogi simulant, dum in accessu, quasi constricti, horribiles terrores, tempestatesq. maximas, cùm potius sua sponte deceptum ueniant, imo omnes decipiendi occasiones, solicito studio uenentur, nil magis in uotis optatisq. habentes: quid enim homines uilissima hos sua mancipia tantùm trepidarent, uti præ se ferunt? cum horum potestas, ipsorum diabolorum facultate tam longè sit inferior, ut ne comparari illi possit, uel ipso Apostolo teste dicente: nobis non esse bellum aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, rectoresq. tenebrarum mundi huius. falsò ergo sibi his signis cogi adigi ferunt propria eorum uirtute vt Zabulus finxit quod à coelo in gemmis, ac in herbis crebro, effecta uideantur suo ut inferius dicetur loco de imaginibus: nec hi nequam

quam spiritus itaque adeundo tam arcte con stringuntur, aut loco alligantur, vt inde recedendi omnis facultas eis erepta videatur. sæpe enim recessisse inde conspecti sunt, licet ex pacto euestigio reuertantur: neque à quibuslibet vocati vt versipellis sunt astutiæ, accedendo ijs obediunt: & si superstitionis nihil omissum sit in obseruandis consuetis horis signisq. magicis fortè, quod ab Angelis impediatur, aut quòd suis tanquã principum fide dignorum promissis fidem certam minimè haberi intelligant: Dolendum profectò, lachrymisq. deplorandũ, non exiguam hominũ partem huic diro diabolico iugo spontè sua colla subdere, quò solummodo nonnullis optatis potiantur, friuolis votis nihil pensi habentes: id, quod ab ipsa veritate de huiusmodi permutatione dictum est, cunctas nempe totius mundi, & diuitias & delitias nihil prodesse, quæ vnius animæ iactura, vel permutantur, vel comparantur. Neq; hi malefici id agunt tam ex Saturni, vel alio infausto aliquo affecti, ac irradiati sidere, vt sibi quidam somniant, aut planeta cadẽte impulsi, aut quod horum spirituum instrumento operaq; nati sunt, quã

potius sua peruersa mente & iudicio ipsis talpis cæciores: volentes sese in talia irextricabilia diabolica retia præcipites dant. Quod verò vocati quasi ad imperandum adsint, superiorum potestate & imperio, quorum nomina furtim sub illis characteribus, sigillisq. continentur, euenit, non vti bruta cibos sequentia, quod antea etiam monuimus, verũ vti spiritus ad suas tesseras, & occulta instrumenta accedunt. His superioribus cæteri dæmones sese subiecere, libenter eorum uitijs adhærendo: ex quo & inuiti per eos nũc cogi possunt, potestateq. castigantur: si quãdo in diuersas partes discedere tentant: omnibus tamen in nocendo par animus, & mens concors, obstinataq. malitia, qua deploratis suis mancipijs, conspiciendos sese exhibent: etiam pro suo libitu multa facientes in annulis, sigillis, ac tabellis seruire eis vinctos simulantes. Nec tamen cuiquàm mirum videri debet, quòd in hac dæmones cogendi ratione assiduè Angelorum nomina proferantur, cùm & diuinis appellationibus, ac sanctorum orationibus in ijs turpiter abutantur; vti non ignotum est, quibusdam Mechubalibus asserẽtibus dæmones ab his tantùm Dei

nomi-

nominibus longius abeſſe, quibus tronorum dominationum ac Seraphim adiecta conueniunt, quoniam ijs ſolummodo Dei charitas, miſericordia, pietas, ſalus, libertas, ac inhabitatio innuitur: ab his autem, quibus Dei iuſtitia, ac poteſtas exprimitur, haud ſemper abeſſe, inquiunt, cùm ſæpenumero ſub bonorum vmbra praui ac maligni lateant Angeli: vtrorumque enim Deus nos puniendo miniſterio vtitur, cùm omnes ſint adminiſtratorij ſpiritus; licet ſæpius ſuos fideles peccantes per bonos caſtiget angelos, vt Romanos punitos tradunt, Diuo Gregorio Pontifice: ira enim diuina mirum in modum in almam vrbem tunc accenſa, angelus ſtrictum manibus tenens gladium apparuit: ex quo moles Adriani commutato nomine, Caſtrum angeli appellari cœpit: Diuum quoque Hieronymum, quod plus iuſto Ciceroni deditus eſſet, ab angelo correptum produnt, quinimo atrociſſimis ictibus ſatis, atque ſatis uerberatum. In infideles autem ſuam exercens iuſtitiam, & obſtinato animo delinquentes, malis Angelis executionem committit, vt in poena pertinaciſſimi Pharaonis impijq. Herodis apparet. Cæterum & in hoc

dæmo-

dæmones dirum suum virus euomuere: diuersis, quo alliciantur, rebus, veneficijs osten sis, Deo illudentes: quem per circulum Aegyptij significabant: hominibusq. persuasit ingressos circulũ, ac pentagona furtim Dei nomina secundum ipsos continentia, tutos prorsus ab eorum violentia reddi: nonnulli hanc ab Aegyptijs, ac Hæbræis edocti blasphemiam, qui vel effetis eorum mulieribus, vt a Lulit, *sic inquiunt, dæmonem partui noxam inferentem, securiores essent, suis in fantibus timendo, ter circulum in eorum cubiculis rhamno cum nonnullis Hebraicis characteribus signant, quibus aliquot diuina nomina significari uolũt. diuersis enim Deus nuncupatur nominibus, vti varij sunt effectus, quos sibi succedere optant. Est & aliud dæmonum superstitiosum inuentum apud vulgi nostri foemellas in vsu, quo fatis, (sic enim hos spiritus vocant) mensas varijs dapibus instruunt, vt infantes eorum felici donentus auspicio, domosq. ab immunditijs uerrunt expurgantque. Verùm nunc & ad alia quædam digrediendo referre non alienum erit, plura etiam ab ijs in hac superstitiosa arte, qua se cogi simulant, committi*

mala

mala apertè quidem: proinde non sine causa Salmaticense antrū occlusum fuisse aiunt, Nursinum lacum custoditum, Visingianū quoque specus, quo se hoc genus hominum clam recipere solebat, obstrusum. Nec tamen hi nequam Spiritus in omne malum, vt quibusdam placuit, bona, quæ sunt, natura, ac substantia intelligenti feruntur: cùm ordinati fuerint saltem ad vniuersi bonum, quod suæ voluntatis tanquàm obiectum non possunt non velle: quanquam nihil mali, neque hic, neque in cælo commissum, cuius ipsi aut causa, aut occasio non extiterint: cū ipsis auctoribus factum, vt lapsus Adæ totius generis humani ruinam secum traheret minimè tamen cōsequitur, nos nulla delicta, nisi ipsis instigantibus, nostra sponte committere, cum crebrò in eorum absentia delinquamus: Quò autem acerbius contra hos concipiamus odium, eosque magis, quam præsentissimum venenum fugere discamus, rarò nisi horrenda prorsus ac truculenti forma sese nobis ostendi Deus singulari consilio permittit, vt vel ex isto horribili conspectu de altera vita, talique, qualis aspectus, animo contra nos edoceamur: quare sub diuer

sis at

sis at abominabilibus laruis sæpe se nobis obijciunt, nunc horribilibus nunc magis, quo quæ intendunt agant, & varia in miracula rerum infernales Vertumni se vertunt uel momento, ubi uisum fuerit, cum varia efigie vestiuntur, cuius contrarium tamen Platonem sectantes asserunt, hos spiritus nō pe corpori corruptionis tamen experti obnoxios, non tamen crasso ueluti nos obductos at incorruptibili, maximeq. tenui, quò & animas circundatas, perperam imaginati sunt: a quibus non immerito omnes fere Latini Theologi præsertim Scholastici discrepant, negantes hos Spiritus, cùm omni careant materia, corporibus natura unitos. Si enim inquiunt, ulli corpori iuncti forent, quonam pacto multis ante sæculis, quàm corporea natura, creati eßent: præsertim si cum Græcis conueniunt: cum corpora sine loco esse non poßunt. Ex quo eos nullo prorsus corpore indui aut tegi euinciunt. Nec obstat quod forsan obijci posset, post perpetratum primum ab ipsis tale facinus, & a mundo iam condito corpore donatos fuiße, quò acerbiores cruciatus experirentur; hoc tamen ipso euitare Scyllam studentes in Charybdim incidunt:

cidunt: Si enim vt motores tantùm perpetuò corporibus inhærerent; & propterea, ut & nos, cùm hæc poenæ loco acceperint, quasi ab ergastulo pati dixerint: ipsa Euangelij ueritas eos reprimet, quæ septem dæmones a Maria Magdalena eiectos fuiße clarè aßerit, ac dæmonium ab obsesso expulsum, cui nomen erat legio, quod si alicui corpori dæmones indißolubili nexu astricti eßent, quo pacto unus homo, tantum eorum caperet numerum? Restat igitur, ut nullo prorsus, neque splendido, nec subtili corpore indutos dicamus, quem admodum, & Diuus Augustinus de Angelis tractans consentire uidetur: neque etiam obscuro aliquo, aut craßo. Neque & id obieciße refert, dæmonum corpora pro eorum libitu, constringi ac dilatari: nam si hoc foret, locum aliquem ob quantitatem, quæ necessario materiam, uelut umbra corpus comitatur, ut occuparent, oporteret: non enim possibile, quantumuis restricti corporis, ut ab uno humano corpore caperẽtur eorum legio, nec id in contrarium adduxisse releuat, quod dicitur, dæmones non nisi concauis annulis ob corpora sua nimirum uinciri: & quod Thalmudistæ etiam eos eße

corpo-

corporeos affirmant : quodque quidam eorũ Rabinus plures dæmones ab vno cuiusdam restis nodo appensos viderit ; cùm id, quo ampliùs deciperent, fieri imaginatione tenus potuerit: nec etiam quod antiqui retulere Tusci hos aliorum ardentes imperio cinerem reliquiße, cùm illusio eße potuit : mirũ enim in modum in ostendendis varijs imaginibus præualent, quos sæpe secundum quietem maximè varias ostendunt, vbi diuersis præstigijs, volubilitate formarum, actionũq. velocitate ludunt. Neque impedimento est, quod aliqui finxère dæmonum corpora, vt nec beatorum post vniuersalem resurrectionem, si ita velint, loca occupatura: hoc si sic esset, non ab aliquibus internis naturæ principijs proueniret, cum hoc eßet a statu gloriæ, in quo dæmones nullo vnquam tempore fuere. Reliquum itaque est, vt dum hi perfidi spiritus oculorum conspectui sese obijciunt, aliundè corpora sibi aßumant, quibus tamen minimè, vt materiæ forma uniuntur : nec ut motor tantùm mobili: uerum, ut representent: cum quibus per aorastam assumptis sæpius noctu, quàmdiu ut perterrefaciant, uideri solent : ex quibus

cor-

corporibus nihil eſt, quod ſenſu percipi poteſt, uel lapidum, uel uegetabilium, brutorumue, cuius imagines aſſumpſiſſe uiſum nõ ſit: quàmuis in nouo teſtamento non reperiatur integra hominum uel exterius ſimulachra accepiſſe, non quod ſuis uiribus hoc nequirent, ſed quòd ab Angelis prohibeantur: quod ueriſimile eſt ob incarnati uerbi reuerentiam, cuius intuitu & Angeli ſeſe adorari non patiuntur, ut de illo in Apocalypſi factum legimus, licet diuerſum ab hoc in ueteri actum appareat etiam in Abraham tres angelos uidente, & miro perſonarum arcano triadem ſcilicet ſub naturæ unitate diuini luminis radio agnoſcente, unum adorãdo, eique genua flectendo: aut certe, quod non permittitur, ut interna eorum fraus, ac condicio brutorum uel ex hac extrinſeca, quam capeßunt, forma turpiori apertius oſtendatur. Quapropter, cùm ſeſe ſub ſpecie humana oſtendunt, Angelorum id æmulatione faciunt, hac apparentium, quo filiũ Dei incarnandum preſeferrent, ac ſe nobiſcum ſocios futuros oſtenderent, frequentius caprinos ac anſerinos pedes effingunt, quos longiori habitu aereo ſibi aſſumpto celare

lare consueuerunt, ueluti uadum in flumine disquirenti apparuiße cuidam monacho ostẽdit suis in Genialibus Alexander: frequentius etiam, ut Centauri, Fauni, ac Satyri in nemoribus, syluis, locisq. desertis uisi sunt: qua figura dæmonem Diuo Antonio in superiori Aegypto Paulum primum hæremitam uisenti uiro sanctitate uitæ & doctrina apprimè claro visum ferunt. (cuius literæ ab Aegyptijs in eorum sacrificijs, uti a nobis Apostoli epistolæ leguntur,) à quo instanter, quisnam esset, abiuratus, (occurrentem enim dæmonem abiurari, at non rogari licet) quò quis sit, ostendat, duntaxat instar fallacis serpentis locutus fertur. Sum unus ait, quos delusa gentilitas pro dijs adorauit. ac sub Nympharum quoque habitu, Machabeo, Manchuco, atque Dunchano, uiris in Scotia admodum illustribus, quibus salutatis quæ postea ueritatis euentus comprobauit admodum iucunda uaticinatos aßerit Boetius haud uulgaris apud Scotos historicus. Brutorum quoque animantium similitudinẽ retulisse dæmones inuentum est, uel iam inde ex uetustißimo tempore, sed non antea, quam dominus bis sese symbolicis & exteriori-

rioribus signis ostendit, iam sub ariete Baccho in arenosis Lybiæ heremis erranti aquã sitibundo indicando, ac sub quarundam auiũ Diomedeis in insulis omnibus, qui eò appellerent, Græcis: sic & sub coruorum volatu apparuere Alexandro Iouis Hamnonis templum ab ipso tantopere exoptatum ostendentium, sub aliisq; nigris etiam alitibus cuiusdã animam ad inferos ducentibus, vt & sub hominis nigerrimi forma cuidam Hispano, diabolum ob dentium, quo laborabat, dolorem frequenter inuocãti: quasi ita alteri equiti, cuius nomini ob familiæ, quæ succederet, ignominiam parcõ, dum nullum verbum faceret, quo eum infelix haud nominaret: sic etiam, at vultu prorsus deturpato beato Eadimundo, dum Aberdonium pergeret: nec multis ab hinc annis hirci specie apud quosdam Cantabros, quos furtim ad adorandum Satanam solicitauerat. Multorum præterea, & aliorum animalium ementiti sunt formas, sæpius tamen syluestriũ ac ferocium, quas non semper ex æquo, quamuis humana specie apparentes perfectæ ætatis assumpsisse videntur: sed nunc ut adolescentes, nunc vti senes, iam puerili aspectu, vario plane

ac dissi-

ac dissimili, vti hac vel illa maiorem fallendi occasionem se captare posse intelligunt. qua dissimilitudine etiam vtuntur vt plurimum, plures simul apparentes, disparem, & vnam magis altera inter ipsos nobiliorẽ conditionem ea inuentes. Preseferuntq. interdum sese mortem oppetere, quo salutem vti nos sperare ostendendo facilius nobis imponant, vt nonnullis Philosophis hæreticis ac Mahumethis imposuere: nec eiusmodi imagines propria, quæ sunt, natura aßumũt vt non modò habitu dispares, at vt nunc vt foeminæ, nunc ut mares uideantur, alioqui quæ his spiritibus communio cum beluis, auibus, piscibus, plantis, saxisque, quorum specie sæpe apparuere? nulla profecto, unde ergo hoc? ut has sic diuersas subeant imagines, à maiori scilicet, quæ sese fallendi offert occasione: & si non negauerim frequẽter pro earum substantiæ gradu, accidentibus distinctas uarijs sumpsiße, ut cum terrestres, subobscuram, aquei perspicuam, clariorem uero aerei aßumunt, diuerso tamen modo omnes pro regionum, quas inhabitãt, diuersis interuallis. ut si ætherei sydereo amicti fulgore, magnaq. cum maiestate, quasi

 uene-

ueneranda magis, quam cæteri facie apparent: quem quidem luminis fulgorem non à stellis, ut quibusdam uisum est, cum coelum nihil habeat, quod abscindi possit, nec ab igne, qui adureret, accipiunt, cum nihil sit eis potestatis factum in elementorum proprietates, sed Deo soli reseruatum: perinde, vt in ardenti camino, cui subiectos pueros, ne comburerentur, mandauit, videre est: At vere à propria ipsorum naturæ cum his Elementis analogia, & conformitate, qua vel per ipsam imaginem, vti per oculos anima ita obscurius, clarius ve, horum relucet eßentia. Cæterùm qui crebro, vt Angeli lucis, quò facilius imponant, vel extrinsecus saltem, quod non sunt, videri cupiunt, haud ita diu, nec frequentius, sic apparendo, copiam sui faciunt, quasi ob naturæ suæ præstantiam mortalium dedignentur consuetudinem. Horum duos apparuiße cuidam memoriæ produnt Plinij liberto non illiterato: dum sibi abrasis, vti somniarat, capillis, vt duo iuuenes albis induti vestibus, e uestigio per ostium exire visi sunt: sic & Rabbodo Frisiorum regi alium auream domũ varijs gemmis ac vnionibus refertam, tabel

lisq;

lisq; & auro fulgentem ostendendo: ac non nullis etiam Maumethis sub quorundam, quos sibi fingunt, sanctorum uelamine in necessitatibus inuocati. Sic etiam Diuo Martino Christum mentientē uisum ferunt. Quas tamen subeunt imagines, nec ex humo, nec ex aqua eße Theologi omnes asserunt; non quod à nostris oculis euanescendo has effigies relinquere pro arbitrio nequirent sine manifesto fuci indicio, quasi hi spiritus pro ea, qua pollent, facultate illarum simulachra, ne amplius apareant, dissipare subito non possint, cùm id uel cogitare, tantum abest, dicere ac referre more quorumdam, res sit friuola ac inanis; vbi materia hac in re ipsorum imperium non detrectet, sed potius eis ad nutum pareat: sed quod per hæc duo, vti simplicia sunt elementa, vbi non coalescant, nec ipsi contra ipsorum proprietates præualeant, persistere nequeunt. Quas corporum imagines eadem facilitate, qua coalita, con[...]nsant, euanescendo rarifi cant ac dissipa[...]: neque etiam omnia ipsamet element[...], vel quò mobilia; at partim sæpius iam d[...]to modo, ne naturæ destruatur ordo, obtemperant. ex quo fit, vt cuncti ef

fectus profecti à magis, vel veneficis tantũ modo per loca Angelorum, Deiq. permisſu fiant. Verùm, vt in instituto nostro pergamus: Dæmones hæc, cùm volunt, accipiunt corpora propria ipsorũ applicatione, minimè uerò ex aere hoc subtili ac tenui, qui colore ac figura pingi nullo pacto potest: nec ex crassiori tantum, vti nonnullis persuasum est: verum vt volunt plures cum Scoto perspicue illorum talem opinionem impugnantes, ex mistis, mistione tamen imperfecta, actiua scilicet passiuis sub proprio coeli aspectu supponendo, vniendoq. quod etiam certum, verumq; esse, vel ipsi nequam spiritus demonstrant, ex sulphure ac tetro illo, quem euanescendo, post se relinquunt, odore, vti sæpenumero à multis expertum est, mihiq. ipsi hæc scribenti in somno huius rei facere periculum datum est, vera profecto, & experta profero: dum enim nocte quadã ab incubo magna difficultate ac grauedine opprimerer, manu, quasi quiddam molle cõprehendisse mihi visus sum, quo experrectus mirum in modum sic sulphuris tetrum odorem percipi, vt grauiorem vix vmquàm, vel Puteolis expertus sim, totumq. biduum

post,

poſt, nares emugendo, eiuſmodi odoris grauedine me afflari contigit. At dum hæc corpora dæmones aſſumunt uarijs, uti noſtra diſtincta membris, colorataque figuris, uiſui quorum uolunt, ac etiam ne uideantur per aoraſiam pro libitu, citius quàm noſtra percipit imaginatio, ſeſe obijciunt, uel impediendo medium, quò minus horum ſpecies ad noſtros deferantur oculos, uel ipſaſmet ſimilitudines probibendo, uel aſtantes in profundam aliquam imaginationem, ubi cunctis ſenſibus tam exterioribus, quàm interioribus ſuperiores ſint, rapiendo: per quæquidem corpora nihil prorſus uirum, etſi appareant quas anima circa uegetatiuam, ac ſenſitiuam habet poteſtatem, uel in exterioribus, quæ accipiunt, membris exercent. quo fit, ut nec organicè moueantur: neque hæc oſſibus, carne, aut neruis, ipſa ueritate atteſtante, conſtent, dum inquit: Palpate & uidete, quoniam Spiritus oſſa & carnem non habet. quo dicto demoſtratur, nibil, quod a natura non eſt, diuturnum eſſe poſſe: quocirca, quas ſibi aſſumunt aures, oculos, ac nares, & ſi quæ alia membra habere uidentur, non ita habent, ut ijs utantur eo, quo nos mo-

do facinus, uel ut quos mentiuntur, appareant homines; nosq; ijs membris decipiant, frustrenturque; etenim haud multo aliter eis insunt, nisi ut pictis in pariete imaginibus, aut excisis è marmore simulachris: non enim dæmones sensibilia his artubus, seu corpore toto, quasi aquam spongia, aut ut rectius dicam, ipsa specula oppositas rerum imagines recipiunt, ut Psellus cum multis alijs somniauit: cùm quæcunque per sensus operari uidentur, tantùm ab eorum, (ut iam sæpe diximus) intellectu, ac uoluntate procedunt: ex quo fit: ut per uniuersarum rerum cognitionem ad particularium notitiam contrario ac nos ordine perueniunt: atquæ pauca in his, uti & nos, peragunt; neque contra hæc quid facit, quòd crebrò loquentes uisi sunt, cùm quæ proferunt uerba his non ut nobis nostrarum affectionum notæ existunt: neq; quo nos pacto compellant, destituti pulmonibus; cuius usus in aere tam expirando, quã inspirando ad effingendam uocem necesse est: neque etiam horum mentis conceptus, in star nostrùm aßequuntur; nec refert etiam, quod sonitus articulatis uocibus nostris haud multum dissimiles edant, cùm & ex aere

emen-

ementito corpori quasi infracto & intruso, sic eundem extrudendo nostri causa componunt, ut uel exterior tactus, ac percussus ad audientium usque aures humanas uoces resonando multiplicetur: quod tamen frequentius intus ipsa aure efficiunt: quo profecto modo uocatus Simonides domum, ut egrederetur, ruinæ mox subsecutæ sese subtraxit, reliquis omnibus ea oppressis. mirum certè, magnumq; aliquid ex tanta hominum turba unicum Simonidem ab hoc interitu liberatū eiusmodi medio: indicium haud fallax, quā magnæ Deo sapientia ac prudentia instructi uiri, quo alios doceāt, curæ sint: neque etiam dæmones uoces nostras auribus, uti nos hauriunt: uerum peculiaris uirtis contactu ab idæarum, propriæq; substantiæ applicatione, ut & reliqua hoc genus alia, modo tamen eorum naturæ idoneo, & si nostrum imaginandi captum excedat. Hinc patet dæmones in his sibi adscitis corporibus nihil reipsa, nisi quæ admotum, etsi non uti narrauimus organicum operari: Dum uerò humana specie nobis, quod Deus numquam nisi maximam ob nostrā commoditatem permittit, sese conspiciendos asserunt, maximè

cùm non tam terroris incutiendi, sed clam nos circumueniendi gratia nobis obrepunt, ut optatis suis minori negotio potiantur, peregrinorum tum, religiosorum, sanguine nobis coniunctorum, ac familiarum uita iam antea functorum, uel ab sentium faciem & habitum ostendunt: quorum qui lucem exosam habent, nō sic oderunt quod illorum naturam, tantopere oppugnet: incorporei enim sunt; at ob aliquod grauius commissum crimen noctu, instar dirarum nocturnarum auium terribiles sese offerunt, candelas accensas aeris afflatu extinguentes: subterraneum hoc dæmonum est genus, degens in latebris, frigidisq; obest passionibus corporibus sæpius molestum: atqui non sic lumen refugientes, diu ac noctu simul apparent non ita multum formidabiles: hos ferunt aereos adeò familiares, ac quasi domesticos sese hominibus interdum reddentes, ut & cibo, potuq; nostro exemplo frui simulēt cùm solummodo fragant, comminuant, propriaq. materiam cunuertant. quod cùm quidam reipsa fieri existiment, toto errant coelo: alludunt enim, licet falsò ad Thalmudistarum opinionem, idem de suo Hazazele

sentie-

sentientium, quem cadaueribus dominari Cabalistæ affirmant: non enim famis explendæ gratia carnibus uescuntur, ut deuoraße in Danorum annalibus uidere est ex Asuito & Edimundo quàm amicissimis, qui dum uiuerent, ut & simul uiuere, simulq. emori uellet coniurarunt: mortuo uno, uiuus adhuc alter at cum mortuo sepultus partim à mortuo laceratus repertus est: quod non pauci Platonicorum affirmare uidentur aßerentes hos Spiritus crebrius forma præcellentium iuuenum, puerorumq. carnes uorasse, quod non quasi corporeos, at ut Spiritus intelligendum quodam scilicet ingenti desiderio, immensaq. rabie uel in cadauera sæuiendi, uti mortuas contra feras uertagi ac molossi: quà in re hoc uerum esse putantes, haud parum hallucinati sunt, dæmonibus existentibus, ut dictum est, incorporeis, cibum minimè appetentibus, uti fit à creaturis corporeis. Quod autem cadaueribus gaudeãt, minus & hinc cuiquàm mirum uideri debet: maledictione enim diuina sub serpentis forma cunctis diebus, ut terra uescerentur, ipsis iniunctum est. hinc & Angelum Michaelem cum dæmone altercatum ferunt de corpore Moy-

sis angelo asserente id ad eum minimè pertinere, ex quo faciem Dei videre, illumque coram alloqui meruißet, Quo etiam magis dæmones a defunctorum corporibus abstineant, ab antiquis patribus introductum est, vt monumenta eorum subinde lustrali aqua adspergantur, quam tantopere hunc corporum principem (sic enim Cabalistæ diabolum vocant) refugere asserunt: verum quæcumque aßumunt corpora peculiari sua virtute eorumq; proprio contactu vt Angeli faciunt, cumque alio, quàm quò aßumpserunt, loco ad hæc ostendendum ijs opus est, nil obstat, quò minus, vel momento quò velint, ea trasferant, cum materia sui natura mobilis, quod iubent absque mora facit. In*duti itaque eiusmodi corporum laruis non vti nos ipsi paßibus progrediuntur: sed qualis vmbra quam nubes facit vento agitata ad quod forsitan allusit Virgilius dicens verè inceßu patuit Dea: quibus imaginibus hi nequam spiritus apparent nonnumquam in desertis, crebro aliquibus domibus, ob malũ quoddam antea in hijs perpetratum insignibus & famosis, sæpe in locis strage nobilitatis, vbi ipsorum nequitia homines perterrefacien-*

faciendi omnes occasiones captant, & propterea non rarò vlulatus, horrendas voces, ac gemitus noctu potissimùm, statisque horis, non sine hominum maximo terrore efficiunt. Cuius generis quoddam visu horrendum spectrum apparuit Athenis Athenodoro Philosopho, quod stridore aspectuque truculento, dum perempti cuiusdam manes celebrant, morem superstitiosum gentium sedulò in posterùm obseruare iubens, quod sacrum ac religiosum esset post humanata ossa euanuit: quare non immeritò eiusmòdi a dæmonibus diuexata loca semper pijs precibus, aqua consecrata Christi cruce ac Sanctorum imaginibus expiari par est, & a maioribus nobis quasi per manus traditus mos, quos quidem & nos tam in doctrina, quàm moribus sequi conuenit. quò enim doctores sancti temporibus Christi, tamquà veri fontis o͞is boni fuere proximiores, tantò plus lucis sapientiæ diuinæ præ cæteris habuisse meritò reputati sunt. Cæterum cùm eiusmodi dæmones non omnes æqualis sint potestatis, (vti & supra mentionem eius rei fecimus) nec etiam vnius malitiæ: licet omnes sine vllo discrimine nil nisi exitiũ semper struãt: haud

 itaque

itaque & eos æqualiter mala operari contin git: nam quò ipsi sunt peiores commissis ab ijs ipsis facinoribus, eò & nos infensiori prosequuntur odio. grauiora pro sua virili nobis inferentes mala. qua de re fit, vt aliqui non nisi illusionibus ac prestigijs inter homines vagentur, alij risu atq; cachinnis nos excipiunt: quorum non pauci in Noruegiæ nemoribus conspiciuntur, ac in syluis Norlandiæ vbi illusionibus tantum prætereuntes aggrediuntur, cætera otiosi apparentes vbi etiã cùm montium pleripue miris æstuent flammis, ac sub ipsa glacie frequentius horrendi vlulatus ac fletus, audiantur, descensum ad inferos inde haud procul abeße multi conijciunt: alij transeuntes amicorum more amicè salutare consueuere, subitò tamen euanescendo frustrantur; hos paganos appellant quos cum ex his nonnulli imaginantur, qui in Dæmonum cum Angelis certamine à capitum neutroque extiterint haud saluari at damnari, merito euenit: de quibus forsan Christus æterna veritas inquit, qui mecum non est, contra me est: alij gemendo mortuorum animas simulant ad montem Hechlam continuis flammis, vt ethna, fumantem

tem euanescendo sese recipere dicunt: at qui eorum quasi de industria imbelles videntur ac è minimis infimæq. sortis angelis, quos Talmudistæ ex hominum pollutione natos esse, vti & incubos falsò sibi imaginantur, hi corpore perexiguo, vti pumiliones apparẽt paruam lucem habentes propriæ ab eorum, vt relatum est, existentia, quasi sidera, à proprijs intelligentijs tactu ob multam coacti aeris leuitatẽ frigidissimi sunt, noctu illudere vtique intenti, vt quotidie non paucis eius rei periculum facere in somnis contingit, mihiq. ipsi, quatuor abhinc annis, Neapoli agenti euenit, qui dum sub auroram mirum in modum ab hoc phantasmate comprimerer, manu extensa, qua tanto me pondere leuarem, spectrum tetegi, quo nihil algidius vmquàm sensi. hos spiritus Græci ephialtes, quasi equos supra nuncupant, Latini verò, quod dormientes tanto premant pondere, ut ne moueri quidem multo minus in auxilium aliquem vocare possint, incubos ut prementes uocitant, nos autem Hetrusco sermone, ceu delirio obnoxios, aut quòd reliquas vanitates, quod decipiant, fingere aßueti sunt, folletos nuncupamus. Medici

dici huius mali hanc ex eorum arte reddunt causam, crassiorem nempe pituitam, aut melancholiam non in cerebro, sed circum præcordia inhærescentem, quà per crapulam, aut cruditatem, turgescente diaphragma, pulmoneque premitur, crasso autem vapore illinc in fauces & cerebrum espirato vox supprimitur, sensus atque mens obturbatur, visisq; tristibus offunditur: ex quibus quidē causis, utputa physicis incubum aliquando procedere, ut infitiandum minimè, ita ut plurimùm dæmonum adscribendum illusionibus: quod inde etiam patet, cum multis simul dormientibus eiusmodi spectra molesta sunt, quæ si loco, ut uulgo aiunt addita sunt, locum potius, quàm certos homines infestare dicunt: malum aliquod iàm patratum, aut certe adhuc patrandum eo subindicant propterea inde emigrandum consulerem raro enim succedit, ne magna ibi contingant infortunia: sunt & alij, qui hoc habent peculiare, quod in apparendo magnam præseferant speciem, uelut sanctitatis ac religionis, omnisq. boni potius, quàm alicuius mali, hac sua hypocrisi, cùm tamen sint pessimi, fraudes dissimulant: hos, quòd sæpè in

magnis

magnis atrijs vagari solent, lares delusa vocauit antiquitas, suffitibus ac sacrificijs in super eos sibi Zoroaster conciliare non addubitauit. Vtinam & hodie in hac summa Christiana luce incautum vulgus, cui hi se furtim insinuant familiaritate quadam, defunctorum amicorum animas mentientes, non ita cæcum redderent, ac ad id credendum inducerent; vnde tamen rarò nisi magno aliquo inflicto malo, discedunt, vt inferius paulo aperietur: neque id alienum ab eorũ natura videri potest, cùm semper plus damni dent in recessu, quam prima fronte promittant: quamuis mira calliditate consolandi tristitia affectos causa venire simulent, discedentes nihil nisi moeroris, tristitiæ adde & extremæ desperationis vestigia post se relinquere consueuerunt, Contrarij in his omnibus angelis bonis in fine primùm consolantibus: & si non negauerim, quandoque & hos animas quæ quasi corporum suorum vmbræ, seu vt Hebræi vocant Nephes *quarum libet phantasiæ apparent, esse posse Diuino vt dictum est permissu nostraq. ad hoc ope & auxilio tum indigent. Cuius exemplum factum est*

apud

apud Gallos, vbi anima cuiusdam Vilelmi Corui, quæ dum flebili ac eiulanti voce ei, quæ fuerant viuenti coniux, frequenter appareret, adiurationibus denique constricta a quodam Reuerendo fratre Ioanne Gobo, vt quidnam rei esset, quidque requireret, ac cur in hunc modum affligeretur, referret; multa respondit: ex quibus nonnullis petitis rebus obtentis, amplius non apparuit. Simile quiddam apud Apulos vsu venisse, testatur Bartholomæus Sibylla de cuiusdam anima, quæ crebrius respondit ob sua ibi commissa crimina diutius passura, o admirabilē Dei iustitiam, eiusq; infinitam misericordiā ibi perpeti interdum animas velle, vbi patrata fuerunt delicta, quo nos scilicet hæc sentiētes nihil, quod non castigetur mali fieri apertè admoneamur. Verùm cùm vt plurimum dæmones sub specie animarum apparere soleant, idcirco minor fides ijs, quæ dicunt, habenda est: sed ante omnia cautè procedendū cum protestationibus scilicet & abiurationibus, sintne bona numina, nec ne, ac Deum quo veritas elucescat, orandum: hoc enim pacto quandam decepit Satanas Thurij puellā sub Diui Francisci specie: quæ tandem re co-

gnita

gnita, nec ei amplius obtemperans, tot, tantaq. perpeti fertur, vt cunctos accolas in mirum traxerit stuporem: sic etiam & miseros Hæbreos sub Moysis spetie apud Cretam eis, dum siccis pedibus mare vti rubrũ, transituros pollicitus, omnes submersit; sunt & alij, qui quòd nõ absque magnis incussis terroribus viatores frequentius aggrediantur, ex eo laruæ, ac lemures antiquitus dicti sunt; horum quempiam noctu reperit in India Apollonius Thyanæus ad Brachmanes cum Damide discipulo suo pergundo, quem vbi stridentem, vlulantemque circa ingentes rupes, profundasq. Caucasi valles sentiret, (admonito antea Damide eius rei, quænam eßet) hunc clamoribus, minis, ac insultibus quasi arte artem deludens expelli, ac fugari comitem edocuit: hoc ab ipso superiorum dæmonũ nomine, quibus familiarissimus erat, factum putandum, quorum auxilio, & plura alia humanas vires excedentia perfecit. Ex ijs namque id spectum erat, quæ minis, ac clamoribus non timida natura, vt Platonici sibi imaginantur, effugiunt, at quòd eorum flaggitijs hæc poena eis iniuncta sit: quorum idola paulo ante Iaponij, & nunc Sinæ

qui

qui quosdam dæmones, quô eos a reliquorũ Spirituum turba custodiant, adorantes crebrius clamoribus, ac virgis etiam, ni probe suo munere in ijs custodiendis functi sint, cũ precibus ac promissis, quod uolebant, non potiuntur, & impetunt, & cædunt. hoc diabolicum barbarorum factum execrando scelere nostris temporibus quidam imitari nõ erubuerunt, dum Sanctorum reliquias, immò Sanctorum omnium Sanctissimi imaginem (horresco referens) in flumina, quô aquis potirentur, temere proiecerunt. eãdemque, quo pluuia cessaret, sub dio, ut madefieret, de industria noctu reliquere, eamq. Mandragonæ, ut consequerentur uel Sanctissimum Sacramentum Asino manducandum porrexere. quasi uerò homines omnium profligatissimi ipsa uel elementa hac blasphemia coacturi. Proh facinus indignum, ipsos etiam Christianos pastorum quorundam ignorantiæ causa, aut philosophiæ inani studentium aut certè poetarum fabulis ac rhythmis uacantium, uenationibus atque aucupationibus, conuiuijsque indulgentium, ac utinam non summæ auaritiæ incumbentium, quorundam etiam absentia, ut oues, ipsis pastoribus

vel stertentibus, vel aliud agentibus, tantùm dæmonum fraudibus exponi ac seduci. quod enim pijs precibus, ieiunijs, eleemosinis, ac seria poenitētia pij ac religiosi a Deo exorare deberent; hoc tam nefando reliquiarum abusu, & superstitione, qua non alia horrenda magis ethnico more per vim extorquere tentantes, non enim exemplum Moysis, qui amaras aquas, proiecto in eas ligno dulcorauit, ipsis patrocinari quicquā potest, cùm nullam amplius vmbrā corpore ipso & lumine præsente, sectari par sit: nec etiam minis, sed potius pijs ad Deum effusis precibus eum vsum fuisse constat, id, quod figura significabat, animo respiciens viuum enim nostrum ac verum numen nō nisi precibus piorum flecti, minis verò obstinatorū multo magis exacerbari solet, proinde haud nisi præfusis precibus pij agnos Dei contra ignis ac maris tempestates in magno versantes periculo proijcere consueuerunt. Sunt præterea & quidam alij dæmonum, insigniori nequitia, ac cupiditate, quadam truculentia nocendi prædíti, qui in prætereuntes eminus impetum faciunt, horrendum in modū affligentes ac cruciantes: huius generis fuisse illos

Te illos constat, qui in Euangelio leguntur Gerasenis magna damna inferentes, quique Tempsanos celebres olim (vt Gentilium antiquiores perhibent historiæ,) populos in Bretiorum maritimis multis magnis calamitatibus affecere, adeò vt quamplurimos eorum vel ipsa nece violati hospitij reos percusserint. Res profectò magna admiratione non indigna aliquibus in locis, vbi enormia patrata sunt flagitia, succedere, vt dæmonum ibi malefaciendi potestas augeatur, nisi hanc Deus permittat, quò mortales hoc tanto terrore tantiq. mali metu, & tartara, reipsa, non vulgi opinione tantùm, vt perperam sibi maginabantur peripatetici alicubi existere, vbi commissorum delictorũ pœnæ commeritæ dandæ sunt, & à tantis sceleribus perpetrandis abstinere imposterũ addiscant. Alij sunt, & mendacijs adeò infecti, vt & astantes nihil nisi mendacia loqui nullo negotio procurent: nec vel hoc tãta admiratione dignum, cùm hi dæmones sua præsentia non modò ipsos flagitiosos, in quos tamquàm mancipia exercent suam potestatem, vt in veteri testamento videre est, vbi hos erroris spiritus, quò Aegyptios falleren-

lerẽt, & de Achab Rege Israelis supplicium sumerẽt, in pseudo propheta[...] ore missos legimus, vti & odij spiritus inter Abimelech & Sichimitas: at vel loca ipsa, in quibus cõuersantur, contactu quasi Harpiæ, infernales ita foedant, inficiuntque, vt ea pertranseuntes omnes lymphatici, ac furibũdi reddantur: quemadmodũ nõ ita pridem Romæ in orphanotrophio accidit, vbi nocte quædam plus quàm quinquaginta puellæ factæ sunt dæmoniacæ: & alij quidam non solùm ipsa bruta animalia, sed & homines inuadentes & occupantes, melancholico ut plurimum affectos humore, quo tanquàm instrumento usi idoneo, ad hoc turpe, ac miserũ admodum abuti consueuere. ex hoc enim secundum quietem horrendæ, ac tristes causantur imaginationes, uigilantibus uero cogitationes turpes, curæ sæuæ, in obscena prauaq. tum uerba, cum facta sæpius prorumpentes à diuinarum meditatione mentem euocãtes, hinc ex eiusmodi corporibus, templis Dei destinatis dæmonum fiunt latibula: neque tamen tantùm animalium sanguinem, sedem animarum, corporeosq. inde factos spiritus earum uehiculum subintrant, quod [...]

tionis

tionis quicquam inde quasi corporei ob uiuificum sentiant calorem, ut nonnullis Platonicis, ac Psello præcæteris uisum est, cùm omnino sint incorporei : nec his aliqua nostris cum corporibus cognitio: uerùm potius quòd sic homines occupando, nescio quid ob Dei contemptum hac corporum obsessione sibi refrigerij ac refocillationis sentire uidentur: quòd hinc maior noxa, nostrorumq. corporum atrocior poena attrabitur: hanc potestatem in nos quasi suo iure nunc ob Adæ præuaricationem nostris delictis quotidianis auctam uendicant, cùm eo pacto miserandū in modum carnem contaminant, Dominum aspernantur, diuinamq. execrantur maiestatem, cerebri corrumpunt spiritus, actiones uitiant, deniq. sic uibrant corpora, immutantque, ut his obnoxia, facile ex uisus oculorumque distorsionibus, rigoribusque ab alijs discernantur: atque hoc modo homines occupandc, corpoream tantum quantitem, ac non per illapsum subintrant : quod umbratili faciunt contactu: alioqui secus ob ... gere queunt, ac tùm quasi nunquam ... s actiones non exercent, si non pro ... certe pro ipsorum posse. Sic enim obsessis

obsessis præter iàm enumerata insuper & alia inferunt damna; non tamen continue ipsos exagitantes: sic namque prorsus perimerent: sed ex interuallis imaginationes corrumpunt & ob id benefaciendi statu priuant: hinc & usitata fraude sese, quorundam ob facinus aliquod insigne interemptorum animas simulant, adeò ut Philosophi Pythagorici, Persarumq. magi, animarum transmigrationem crediderint, quod ipsemet Pythagoras Italiæ Philosophorum suæ ætatis facilè princeps de se blaterare nō erubuerit, qui primus, repudiato nomine Sophi philosophus dici maluit, ac silentium suos discipulos èdocuit eosq; per tetractim iurare instituit, hac uoce Dei nomē Iehoua *intelligens, à quo tandem poetæ dæmonum itidem istinctu, quò uerum Deum ex pectoribus hominum excuterent, suum Iouem effingendi occasionē sumpsere. Hanc animarū trāsmigrationem, seu* Metopsichim *amplexus est Apollonius Thyaneus, qui ut sapientiam sibi compararet, Gymnosophistas, ac Brachmanes, ne dicam, ut Democritus ac Plato, Aegyptios & Chaldæos accessit, aliisq, persuasit, dum quendam leonem his*

Spiritibus obsessum Amasis animam eum habere circumstantibus cunctis suasit: qua quidem opera vtinam, & his nostris temporibus, vti olim incerti vulgi foemellas nō deciperent, quæ, quod aliquos ijs oppreßos spiritibus quorumpiam peremptorum arcana propalare videant, ac multa apparentia bona petere: vix ab hac animo concepta opinione amoueri poßunt qua horum, quos referunt firmiter animas, non credant: cū hos vere humanos spiritus eße nullo pacto fieri potest, tùm quod animæ proprium minimè est, vt post discessum à corpore quempiam opprimat, sed statim ac, (vt Theologi aßserunt) corpus reliquit, trutinæ diuino examini à Michaele subijcitur a sinistris appensa cùm dæmone, vt æternum torqueatur, aut a dextris cum proprio Angelo recedit, vt ad tempus patiatur, vel sursum pro sua natura propria auolans, in omne æuum Deum contemplando saluatur: tum etiam, quòd haud vllum, nisi quod informat (vt & sæpius antea me retulisße memini) fortiori fota virtute corpus mouere potest: neque animæ, ut duæ formæ uni corpori ineßse queunt, nec quò una, ut motrix, altera, ut forma existat

effici

effici potest: neq; refert, quòd peremptorũ plura manifestentur secreta, aliquaque bona quærant: nanque sceleris nil est, quod dæmones ignorent. Proinde perspicuum est hoc horum fallacium spirituum opus esse, eorum maxime, qui hic apud nos Dei permissu relicti sunt, ne otiosi essemus, sed potius in continua decertatione cum ijs tandem læta uictoria potiremur, maioreq; merito æuo frueremur æterno: qui quidem spiritus uel bruta ingrediendo animalia, rarò non grandia committunt mala, aut ea protinus suffocando, ut de porcis in Euangelio patet, quos Domino facta prius eius rei potestate ad unũ omnes in mare proximum præcipites egere. aut ipsis hominibus maxima inferendo damna, interdum mortem ipsam, ut in ueteri testamento usu ueniße claret per eos Vrsos, qui tot pueros, uti Mallei Maleficarum auctor satis denotat prophetam Elisæum uarijs afficientes ignominijs ac contumelijs, cunctos discerpserunt, at etiam per Leones aduersus Samaritanos immissos eo quod alio modo, quàm loci pristinus mos erat, Deum cœli adorarent: ut & per alium quendam Leonem, qui Semiam uidentem sanctũ Dei

uerbum, minimè, ut ei præceptum fuerat: adimplentem dilaniauit, quem tamen deuorare, & si famelicus, abstinuit; neque unquàm nisi uisus, dum eum aspiceret, recessit: nec non, & per Lupos Viennam adeuntes, (quod certè semper apud antiquos prodigiosum habitum est) quàm plurimos homines occidendi, ac deuorandi occasio extiterunt: unde primum instituta sunt a Mamerco Episcopo supplicationes, quò placatus Deus præsens, ac futurum impendens malũ auerteret: aliaq; penè immunera alijs in locis per hos animantes mala patrasse visi sunt: qui tamen ob id, quòd instrumenta dæmonum fuere, quibus ad profusionem sanguinis humani usi sunt, omnes similiter, ac serpens antiquus ipse, iusto Dei iudicio, poenas dedere: dictu perfecto mirum humanum effusum sanguinem etiam ex brutis per dominũ requiri. Præterea ibi spiritus apostatæ similia, maioraq. in dies, & adhuc committere minimè cessant, longe etiam atrociora commissuri, ni diuina potestate, angelorumq. virtute cobiberentur per quosdam energumenos (sic quos obsident Græcis dictos) quorum membris omnibus in aliorum hominum perni-

perniciem scelesto ac turpi modo abutuntur. Nec tamen cuncti ex æquo, ut dictum est, ac sine discrimine molesti sunt, atque infestant, cùm ob inæqualia obsessorum, quos in poenam occupant, peccata ac crimina; tum etiam diuersam ipsorum dæmonum occupātium potestatem, malitiamque, quibus æqua Dei bilance, uni magis, quàm alteri nocere concessum est pro ratione cuiusq. flagitiorū uel ex his, quibus nunc ad tempus sibi gaudere uideantur, altero in seculo ueris, horribilibusq; poenis amplius perpetuò subijciuntur. Eiusmodi autem dæmoniaci usque adeo nonnunquàm his immundorum spirituum furijs agitati conturbantur, ut uix unus a tribus quatuorue, licet robustissimis hominibus ne damnum alijs dent, coerceri, aut ligari queant: alios interdum, uti & Chain tremulos reddunt, aliorum membra tumore inflant, ad libitum linguam ad omnia conuicia effutienda instruunt, quemadmodum per quandam fieri energumenam meis uidi oculis; hæc tam petulans erat, ut neminem conspicere posset, cui non occultas eisque quasdam ignominias palàm non exprobraret, unde non contemnenda mala oriri po-

terant, suspicionesq. haud exiguæ: hinc factum, ut nemo, nisi prius confessus eam amplius accedere uellet; religiosis tantùm sacerdotibus, atque non ita pridem confessis tutus patebat ad eam aditus, ex quo cerni potest, peccata ob confessionem, quam tamen abs re, ut & alia Sacramenta hæretici allatrant, uerè dæmonibus tegi ac abscondi: hoc uidens regius Propheta, diuino afflatus spiritu magno animi affectu exclamat; Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Atque hoc pacto occupando alios continuè mutos reddunt, ut clarè patet ex Euangelio, ubi mutum dæmonē eiectum legimus, alijs ita linguam uinciunt, oculosq. præstringunt, ne Deo debitas laudes effundant, neq. sacrificium uideant alio rum sic uel ipsas manus, cætera liberi, detinent, ne se lustrali aspergere aqua possint, uti ipsemet in muliere quadam Macheratensi conspicatus sum anno reparatæ Salutis humanæ. M. D. L. X X I X. apud Confluētes Calabriæ oppidum, quo animo lubenti me recepi, uti quæ de Sacrata Virgine nulla unquàm tincta macula prædicabantur, miracula certius cognoscerem. quo quidem in

loco

loco commoratus totum triduum, quid mira culorum quæso, non vidi? herniæ enim laborantem liberari, multis etiam annis quendam morbo detentum; sic & podagra afflictum pristinæ valetudini restitui aspexi, muto cuidam vsum linguæ reddi, licet quodam cum stupore, non enim rite linguam solueret, nonnullos erigi elisos, multos dirigi mācos: atque de his hactenus; præsertim, cùm alio loco magis opportunò plura de his prosequi in animo est, nunc ad id, quo digreßus sum reuertor. Horum itaq. Spirituū plures numero in vno, eodemq. energumeno pro varijs commissis ita commerentibus delictis, inesse possunt, vnde & dæmonium legio dictū pulsum est: alij verò sic nonnullas deploratas vetulas, quosdamq. fatuos deludunt pueros, vt certò sibi persuadeant certis noctibus, horisq. statis animas vocatas a suis discedere corporibus, ac mortuis sese cōiungere: quod non aliunde, quàm a dæmonibus phantasiam eum in modum infidelitate corrumpentibus proficiscitur, quæ cum nonnullis stolidæ credulitatis vulgi mulieribus referunt, quosdam morituros prædicunt, cui si euentus respondet nōnumquàm,

dici vix potest, quantam telam errorum inde texant, proprias eas animas esse, quod tamen factu impossibile est, vel iuramento affirmare audent, cùm nil, nisi dæmonum præstigiæ, quibus eorum Phantasiam peruertunt, reipsa sunt: qui quidem error, & aliorum non ità vulgarium mentes inuasit, quos omnes in hoc labi ac decipi vel hinc manifestum est. Multis enim ab hinc annis contigit Fuscaldi, vbi & nonnulli ijs passionibus, dæmonumq. illusionibus obnoxij reperiebantur, ex quibus dum quidam Carolensis nuncupatus M. Antonius, homo habitus ab omnibus veridicus, probusq. sic corriperetur, vt non raro vera, magis quàm falsa pronunciaret; præsertim, de quibusdã quos mors propinqua maneret. hic vocatus a quodam Reuerendo Sacerdote, viro bono ac studioso Ioanne Antonio Anania, (de quo, ni mihi frater eßet, plura, quæ dicerem, non deessent) quem res hæc non latebat; adfuit promptus, serioque eum interrogans, an quæ de eo dicta de re spargerentur, vera eßent? respondens, non negauit: qua re, vti certa a sacerdote illo percepta, miserum hominem, quò, ab eiusmodi

 animo


animo præconcepta erronea opinione disce deret, hortari non destitit, addens quod erat necessarium, has non mortuorum animas, sed dæmones ipsos esse, quibus fallacibus spi ritibus fidem habendo, grauiter in Deũ pec caret. Quare per Deum, ac animæ suæ sa lutem eum obtestabatur, vt præsentiens fu turam eiusmodi dæmonum arreptionẽ (præ sentiebat enim eam) vel vbi iam arripi inciperet, se ijs obsequi amplius nolle, serio protestaretur, quòdq. Deus vt hac in diabo lica illusione, mentisq. vesania eum libera ret, ardentibus votis precaretur. his miser au ditis obstupescens credidit, seq pro virili monitis abtemperaturum pollicitus est, acce ptaq. ab hoc venerando Clerico cerea quã dam, ac sacrata imaguncula, agnus Dei uo cant, hilari prorsus animo ac iucundo domũ suam rediji: Cumque consuetus dies, quo an tea his illusionibus obnoxius fiebat, adesset, nec eo amplius arriperetur, summa affectus lætitia Deo pro hoc beneficio gratias egit; Verùm altera ab hac imminente die ac hora non enim cunctis hebdomadæ diebus; at ob maiorem Dei contemptum, ignominiamque tertia ac quinta feria his præstigijs dæmonũ

oppugnari contigeret, suam hanc solitam arreptionem instare: atque ab his immundis vocari spiritibus; quibus signis non sine summa animi tristitia, ac moerore agnoscens, in clamorem vehementem prorupit, se nimirum, cum his Spiritibus rebellibus, ac impijs posthac ire non decreuisse: quo clamore domestici ferè omnes; (qui erant non pauci) experrecti sunt, ijs mane accurrentibus, cùm rei non eßent ignari, rem ordine narrauit, seq; multis verberibus cæsum, ac se scribillatum ostendit: atq; iam tum liberatus est omnino, pro quo Deo gratias egit maximas: quod etiam sic, vt narratum est, præcisè eueniße proprijs auribus percepi ab illustribus Laudomia, ac Diana Spinellis virgibus & doctrina, & religione & vita hac nostra memoria exemplaribus, Quæ profectò com intellexißem oculatus testis si fieri poßet, esse cupiens, crebrius ad quendam flolidum ac fatuum hanc dementationem, (ut passim ferebatur) pati solitum me contuli; a quo cum nonnulla intellexerim, quæ tamen postea, non eo, quo ipse dicebat, tempore euenere; licet alia plura vera protulerat; obuiam mihi postea facto, dixi; heus tu, ioca

tusne.

tusne es nuper mecum, an diaboli te decepe-re? Certè non, inquit, cùm alia & diuersa apud illos, quàm nos, sit temporum ratio: crebrò enim longiora sunt dierum, hebdomadum, mensium, ac annorum, quàm nos numeramus interualla. Quid plura? multa intellexi de tempore Angelico abhoc quo quidem nihil stolidius vidi vnquam, quo non potui vehementer obstupescens, nō mirari, cùm miserum re vera quid distent æra lupinis, (vt aiunt) nescire perspicerem. Idem vel simile penè fertur contingere apud Lappios, quorum maior etiamnum pars ignem adorat, dum nonnulli eos, a quibus occulta scire cupiunt, cadere magicis prius mussitatis carminibus, æneaque rana præscriptis ictibus percußa, vel angue suis inspiciendo oculis, credunt miseri, cum mortuis similes iaceant, proprias vagatum animas instar corui Armocratis Clamazonij emittere, atque hoc magis, eos a corpore egredi imaginantur; quod inde experrecti, multa narrant, ac certa ab ipsis exoptata signa afferunt. Quæ tamen omnia ex dæmonum fraudibus, phantasiam horum interuertentium proueniunt: simili modo, vt

& apud Cumanenses noui orbis accolas ab eorum Prorure correptos, dæmonis id nomen est occultæ eorum linguæ, quam Piaces, sic horum sacerdotes vocant Hispani, eorum vulgò manifestare, magna piacula committere sibi persuadent.



DE

DE NATVRA DAEMONVM IO. LAVRENTII Ananiæ Tabernatis Theologi.

LIBER QVARTVS.

CAETERVM hi maligni spiritus, & si non cuncti (vt dictum est,) ex æquo tentāt, nihilominus, cùm omnes incredibili, quæ eorum est malitia, nocendi desiderio flagrent, nusquam est, quò quàm ocissimè haud percurrant, vt quosuis inuentos non secus, ac Leones dilacerent, ac deuorent: atque sic non solùm (vti supra meminimus) nos vt opprimāt, nullum non mouēt lapidem, sed vt & contra Dei æterni propositum, quæ poßunt, tentent, nihil intermittunt, etiam ipsis Elementis abutentes, in quibus, quò nos crebrius ignauia alioqui torpētes exerceant, a Deo aliqua ijs potestas, commorandiq. locus datus est, a c conceßus: per quæ quidem Elementa diuinos honores & adora-

adorationem, ab omnibus, vt dictum est gẽtibus sibi vt adscriberent, sedulò nec sine successu, operam dedere. Nam cùm ex hoc nunc ex illo Elemento diuersa prodigia ostẽtarent, gentes à Dei veri cognitione, alioquin toto cælo aberrãtes, ita attonitas ijs reddidere, ut his delusæ uarios quoque diuersosq. Deos pro regionum uarietate, ex quibus prodebant illa prodigia, sibi effinxerint. Quare ex his spiritibus nonnulli Dij cælestes nuncupati sunt, aliqui ætherei, quidam heroes, aliqui marini, terrestres alij Dryades, Amadryades, Napeæ, ac Nymphæ, Oreadesque, alij sub puellarum habitu, quem nũquàm in ueteri testamento ob quandam earum imperfectionem, qua & à Sacerdotio arcentur, angeli representauere, qui sæpe in nouo factitatum ob Mariæ summam creditur gratiam; quà nimirum muliebri forma non proprietate, qua sunt alijs molliores, se superinduunt, at ut maiori fallant, decipiantque occasione: qua Dei, deæque, ac in cælo sexcentæ fictæ sunt nuptiæ poetarum fabulis. Hinc & adhuc hi fallaces spiritus furtim apud nonnullos, præsertim Biarmios ac Finnos interdum sub Nympharum forma

appa-

apparent; ubi familiarium more hominibus inseruire; mensas opiparis dapibus struere, a diuersis fortunæ telis, uarijsq. casus ruinis eos defendere produnt, quemadmodũ uidere licet apud Saxonem Grammaticum, qui horũ spirituum gratia Finlandos inquit tribus post terga iactis lapidibus tres immensos montes illusione quadam, quo apparerent, effecisse, ex quo Dani qui ab eis uictoriã quasi assecuti erant, eam consequi desperauerint, ac etiam Frontonem quendam nullo telo aut ferro uulnerari unquàm potuisse. Horum spirituum & alij uocati sunt Selecti Penates, Lares, Indigetes, Semidei, Summani, Cabiri, Curetes, Coribantes, Telchines, Anthidei, Patellarij, Medioxumi, Anculi, & alij Dryopum lingua Pappi: quos omnes præuaricatores Angelos ideo olim Romam conuocari datum est, uel proprijs id dæmonibus per statuas ostendentibus, uti factum a Iunone Veijs ferunt; quò hoc apparente diuino lumine, simul ac Adam deliquit, signis ab angelis mundo ostenso, ac à Prophetis clarius prædicto, omnes inde tenebræ expellerentur: atque ubi antea errorũ ingẽs chaos obũbratum fuerat, exinde uera

lux

lux per totum emicaret terrarum orbem ob victoriam, qua Paulus ac Petrus duo mun di lumina propria eorum morte potiti sunt: omniaq. illinc sanctæ religionis dogmata dif funderentur, vbi fuerant densissimæ tene- bræ: cuius luminis radij vtique splenderent: neque ibidem vnquam palam esse tyranno rum metu desisterent, donec iniquitatis fi- lius in mundo reuelatus mysterium suæ ini- quitatis operaretur. Ac, vt quæ de reliquis restant, prosequamur. Sunt eorum præterea non pauci, qui sub vmbra versantur, habi- tates in secreto calami, locisq. vt inquit Iob, humentibus: quò factum aiunt, vt Iesus no- ster Mundi Saluator sibi porrectum acetum arundine bibere noluerit, quamuis ob quas pro nobis patiebatur poenas gustauerit: atq. alij sunt, qui sæpius magno turbini ingẽtibus procellis, horrendis fulminibus mala patra- turi sese immiscent: qui, vt feriant minime obliquo, vt quæ à naturali siderum mo- tu proueniunt, sed recto ictu feriunt: quo fit vt vel profundis etiam in vallibus, nedum in summorum montium uerticibus percutiãt crebroq; perimant: atque ex his Phocarum pelle aquilæ pennis, lauro, ac hyacyntho su perstites

perstites esse antiqui animaduerterunt: quod vt mirabili Dei prouidentia, ita dæmonum, sicut inferius ostendetur, insigni actum est astutia: Præter hæc & hi spiritus immensis aliquibus impendentibus calamitatibus varia prodigia quasi exultantes hisce malis ostẽdere consueuerũt, quemadmodum haud multis ab hinc annis fecere apud Germanos, vbi eorum vestimenta varijs crucibus, vt vestium illorum erat textura, colore quasi sanguineo singulo quoque mane, vel per mensem integrũ inficere soliti sunt: sic etiam factum perhibent sub Iuliano apostata, ac grãdibus saxis apud Insubrios, antequàm Galli ab Italia pellerentur, pluisse: quod & quatraginta ab hinc annis proprè Siuolam in nouo orbe factum esse Hispani passim narrãt: ac terribiles quosdam bellicorum tormentorum ictus excitasse, vt hoc anno, cùm hæc exararem, per totam ferè hanc prouinciam actum est: Vulcano hos excitatos strepitus vulgo adscribunt: sed falsò, vti mihi videre videor, vt ex horum æquali prorsus, ac nullo differenti, siue eminus, siue cominus, frequentiori strepitu facilè deprehenditur. Nam si à Vulcano profecti essent,

bant

haud tam assidui forent: neque vbique loco rum eiusdem sonitus vsque adeo omnino audiretur æqualis: Dæmonum itaque illæ in aere excitatæ illusiones fuere, vt alibi prolixius de eis dicemus: his etiam auctoribus variæ militum instructæ, quasi acies in cælo apparuere, veluti Machabæorum tẽpore Hierosolymis, & ante Titi obsidionem contigit: idemque quinquaginta ab hinc annis superioribus eueniße apud Cimbros Sleusuisci, ac in Apulia ante Caroli octaui aduentum: sic & apud Sarmatas Craconiæ, vbi quidam monachus cum Regè diu certare visus est, monacho tandem cedente: nuper etiam Mexici haud multo tempore, antequàm expugnaretur: factum quoq. id ab hinc quinquennium fere per sextenenses ante Turcarum obsidionem Thamasi; sic enim olim Nicosiam vrbem Cypri metropolim nuncupabant: quod Poetæ quoque innuisse videntur, dum variam in Ilij euersione Deorum in cælo pugnam visam canunt: Olim quoque Cimbricis bellis, & armorum crepitus, equarumq. hinnitus perceptos antiqui retulerunt historici, & bouem loquela ciuilia bella denunciaße & serpen-

tem

tem locutum antequam Tarquinius expelleretur, memorant. Spiritus etiam tympanis sonare à mercatoribus ad Cataiam se conferētibus crebrò audiuntur ad Lopum asperrimum desertum, sic etenim nunc quendam Imai montis tractum appellant: eosdem etiā tubis clangere in quibusdam Arabiæ heremis frequenter audiri asseuerant: aereq. propè Carmaniæ deserta, ac Chesmuriam extra Caucasum prouinciam tanta tenebrarum caligine offundere, vt noctem dixeris Marcus Venetus scriptor fide dignus affirmat. Et re vera non est res adeò mira hos spiritus vt plurimùm in antris locisq; desertis obuersari, cùm ex ijs sint, qui sanctorum pugna deuicti, ne per certa tempora noceant, Angelorum ligati sunt ministerio, quemadmodum qui Saram vexabat, in superiori Aegypto a Raphaele vinculis constrictum sacra affirmat scriptura. Quin & alia prodigia in aere ostentare soliti sunt Angelos forsan imitati, quos in cælis cometas efficere Ioannes Damascenus inquit & propterea tot crebro faces, lampades, trabes, bolides, & chasmata: qui etiam interdum effecere, vt & stellæ, Lunaq. ipsa

arte

arte quadam præstigiatrice cælo quasi decidisse apparuerint, vti apud Poetas factitatum per Thessalas Magas legitur: atque etiam per Maumethum omnium magorum sceleratissimum Arabes fabulantur, vnde cuncti eius sectatores Luna pro suis insignijs vtuntur. qui nimirum omnes ita rerum symulachra, ac phātasmata oculis obiecerunt, vt vulgus sic delusum, ea tamen veriora, quam quæ apud Sacram, (vt prouerbio fertur) acciderint, sese vidiße crederet: qua de re antiqui Poetæ non veriti sunt scribere: Carmina vel cælo poßunt deducere Lunam: & illa, Reluctantem versu deducere Lunam nititur, ac cantu, & è cursu Lunam deducere tentant; & facerent, si non æra repulsa sonent. quod certè quam à veritate alienum sit, vel ex hoc liquet, quòd dæmones naturæ ordinem, cælum, qua fuerunt, culpa, mouere nec ullo vnquàm pacto, vel si rumperentur, peruertere queunt ne dicam nunc de Lunæ magnitudine, quæ decidendo, licet minimè posset, cùm cælum cuius ipsa pars est, nec leue, nec graue sit, terram quasi operiret, & sic vniuersam mūdi harmoniam pulcherrimam destruerent:

quod

quod nullius creaturæ opus est, Solius enim Dei totius naturæ auctoris & conditoris proprium est, vt eam pro libitu etiam destruere possit. atque ea de causa fit, quo hi nequam Spiritus, nec vt cæli pars aliqua scindatur, nec vt pendentium aquarum fluxus desistat, nec vt ignis frigescat: tum hæc naturæ uim excedant, efficere valent: Hinc etiam factum, vt Satanas, cum suas nosceret uires, tentauerit, dũ scire vellet an Iesus uerè Dei filius eßet, quo lapides panes faceret. Verũ ex his Spiritibus, qui in aqua obuersantur, non pauci sunt, quos Græci Panos & Galli Dusios nuncupant, assiduè in accubos, atque succubos conuerti perhibent: quorum quidẽ nefario congressu, qui iam ex heroum tempore initium sumpsit, quando & fabulæ primum coeperunt, licet nõnulli & ante Noe diluuium hunc tam nefandum ac abominandum concubitum coepisse velint: Intelligũt enim per filios Dei in filias hominum irruentes hos immundos spiritus mulieres admodũ tum lasciuas, ac petulantes inuasiße: quod actum aiunt mira dæmonum versutia ob frequentiorem eorum cum hominibus societatẽ. Vnde tot Deũm filij falsò dicti sunt, cum

reipsa

reipsa hos sic esse, fuerit impossibile: qui post modum tamen prodigijs quibusdam clari, & si à dæmonibus ipsis potius ostensis, sceleribus ac flagitijs, quantumuis nobilitati, nihilo minus per apotheosim in numerum deorum relati fuere, quorum auxilia postmodum ab hominibus, vtpote diuorum in necessitatibus implorari solitum est, tandem que eo uesaniæ dæmonum opera res deducta est, ut eis non modo, bruta, reptilia secta, quadrupeda animantia immolarent: verùm & aues, pisces, animalia terrestria cuncta, ac amphibia, fructus, flores, herbas, gemmas, uniones, metalla, sua singulis, quin & carnes humanas, prob scelus, creaturam ad imaginē Dei formatam, templumq. Deo consecratū his spurcis ac sceleratis idolis turpissimè destinari, eorumque gratia destrui, ex quo uidere est, res prorsus admiratione dignas interdum, Deo permittente, euenisse, ut per hæc spectra, (sic enim hos spiritus in phantasia corporea apparentes similitudine nuncupauere) mulieres eorum passim stupratæ sint, ac etiam pueri, horrendum facinus, quod ne ipsorum quidem plerique ob naturæ præstantiam patraße leguntur, interdum

immi-

imminuti: atque adeo humanæ naturæ intellectus obscuratus, ac uoluntas corrupta ut multa de his, licet impossibilia, tamen crediderint, dum quasi duplicis naturæ insertos, ex his natos, semideos appellarent, ac scriberent: cum dæmones minimè cū his ita coire possint, ut ex eo nefando congressu heroes, quasi ex duabus diuersis speciebus, haud secus, ac muli cæteraq; similia animantia nascerentur, non enim hi spiritus, aliquid proprij seminis, ut falsò nonnulli Platonicorum imaginati sunt, emittere possunt: uerū sic congrediuntur, ut hoc nefario congressu deceptæ gētes amplius recto aberrarent tramite: hunc tam nefarium, ac turpissimum coitum uel etiamnum dæmones exercere nō desinunt cum quibusdam deploratis certis foemellis, ac ex hominibus nonnullis nequā: deplorandum profectò homines ratione præditos, & per baptismum Christo uel iuramēto obligatos his diris infernalium furiarum illecebris adeò sese mancipare, ut & animæ salutem in extremum discrimen, æternumq. exitium earum causa præcipitent. Quo autem dæmones uersipelles pro solita astutia miseris foemellis magis fucum faciāt, aliqua

fœmina hoc in nefario cum his congressu de industria adhibent, quibus uehementiori libidine accensæ flagrant, ardentq; atque has hereos amore captas lamias docti uocant, uel ob similitudinem cuiusdam monstri puellæ faciem referentis, cætera beluas, uel a lamijs dæmonum quodam genere puerorum sanguinem exugentium. quod & Poetæ innuisse uisi sunt, ut Horatius inquit: Neu pransæ puerum uiuum extrahat aluo. hæ longè ardentioribus libidinum flammis, quam si Iuueni robistissimo miscerentur, licet absque seminis resolutione ardent: nonnullæ tamen huius nefarij cõgressus laqueo deprehẽsæ illud arte quadam a uiris extortum interdum sensiße confeßæ sunt: utroque enim genere copulari dicunt. Quod quidem semen, & si in neruos, uenas arterias, ac ossa, cum sit perfectæ naturæ opus, in quo Deus minime eis utitur, haud dirigere possunt: nihilominus ex eo sub certa naturæ dispositione, coelestiq. influxu directo aliquos oriri, & ortã heroum maiorem partem esse, negari non potest, qui quamuis reipsa ex spiritibus non fuerint propagati, fraudes tamen ac dolos earum plus satis sapuere: sic natum perbi-

bent

bent Aeneam ex Venere & Anchise, Bacchum ex Ioue & Semele, ex Marte Romulum, totque alios antiquorum heroes sex centos; in hunc quoque modum ortum Alexandrum tradunt Ammonei Iouis sacerdotes, ac Neronem Imperatorem; quem conceptum ex angue aliqui imaginati sunt: sic etiã Homerum poetarum famosissimum Plutarchus perhibet, ac Merlinum quoque Britannorum annales & Iaponij suum Xacam plu resque præterea, qui idolatriæ ac hæresum auctores fuere, ut & Lutherum heresiarchã ac Maumethum: quocirca admirando Dei iudicio, ac prouidentia contingit, ut sub tempus horum exortus non aliqua bona & læta uti circa Sanctorum Dei natales fieri consueuerunt, sed potius cuncta infausta ac horrenda mala portendentia prodigia conspiciantur: eoque magis dira metuendaque, quo cũ uita facta eorum pestilentiora futura unusquisque sibi ab ijs tamquàm ueneno animarũ præsentissimo cauere possit. Hoc etiam nefario congressu dæmones nonnunquàm vel inuitis miseris foemellis stuprum uiolentum inferre consueuere, proprio tamen crimene in hoc uictis ijs potissimum, quæ impuris cogitationi-

gitationibus in mente, ubi castitatem Deo uouerint, locum dant, & indulgent, exterioribusque gestibus tandem produnt: quemadmodum uarias in formas concinnandis, & torquendis comis; quæque omne studium ponunt in exornando corpore gemmis, unionibus, faciemq; cerussa, purpurisso ac stibio fucant, graphioque, & supercilia & oculos intingunt & nunc hoc, nunc alio modo componunt. qua de re non sine causa mulieres non nisi uelatas capite ob Angelos templa ingredi Apostolus præcipit: cum non raro usu ueniat, ut quanto magis comptæ & fucatæ in publicum prodeuntes uel alios ad sui amorem inuitare, ac allicere student uel reliquis ementita pulchritudine præstare conantur, tanto potius hæc turpia dira spectra dæmonum eo in poenam sibi attrahant. Nec profectò mirum, diuinam sapientiam tantopere hoc crimine offendi, quo facies a Deo summa arte effictæ, ita foedè deturpantur: hoc etiam nefando libidinis genere dæmones, & cū iuuenibus quibusdam formæ præcellentibus, uirginibusque, libidinibus tamen assiduè se polluentibus uti solent; ueluti in Marrea Regione eueniße Scoticæ testantur histo-

historiæ: in qua haud multis ab hinc annis puella quædam forma venusta & egregia, natalibusq. non minus clara diu detractans coniungium, ventrem ferre reperta est: parentibus de eo, qui stuprum tale intulisset, solicitè inquirentibus sponte fatetur puella se tam noctu, quàm diu, Venerem exercuisse cum adolescente quodam, qui quis esset, aut undenam ueniret, certe ignoraret. Ad quæ, non potuere non parentes vehementer obstupescere, angi animo, ac affligi: a famula tandem hominem quendam in cubiculo cũ filia rem habere edocti, haud mora interposita vlla, facibus tædisq. accensis, quod nox esset, accurrentes reclusis foribus, monstrũ horrendum ingens, ac omnem humanam fidem excedens, maximè terribile à filiæ com plexibus pendere vident: Sacerdotem e uestigio vita, moribusq. probatis accersunt, qui cum in recitatione Euangelij Sancti Ioã nis uerba illa exprimeret, Verbum caro factum est, dæmon non sine maximo, ac horrẽ do excitato strepitu, terroreque incusso, & post se relicto, (more nempe suo) disparuit, cubiculi tectum simul auferens. at foemina hæc infelicissima triduo post monstrũ

 non

non minus horrendum enixa est; quod ne in familiæ summam ignominiam aleretur. ac educeretur, estructa pro more pyra flammis consumptum est. Simile huic quiddam in Garothea accidiße referunt cum quodam succubo, forma conspicua puella, venustum non minus adolescentem, quo suis amplexibus potiretur, apprime solicitante. huius res factus certior diocesianus iuuenem, vt orationibus ieiunijs, ac poenitentia haud ficta, sed seria Christianam vitam institueret, locumq. mutaret, sedulò monuit, his pijs iuuenis obtemperans monitis à spectri illius scelestis solicitationibus liberatus est. Habet loci, ut & nominis mutatio nescio quid occultæ proprietatis, ob Angelorum credo, quos propterea mutari scribunt, efficaciorem virtutẽ, sicut ex Abraham & Sara videre est, atque Isaac qui, (vt Cabalistis placet,) filium Isaac, quo magis in bonis proficeret, vtique in partem Australem, vbi loci Angelum sibi propitiorem esse, non ignorabat, de industria perrexit. Idẽ eueniße Corinthi cuidam Philosopho Apollonius Thyaneus asserit, quod etiam iam vix annis viginti elapsis alicubi, cuius nomini parcendum duxi; cum præsentia exempla

sint odiosa accidiße cum accubo minimè me latet: quibus namquam obscenis congressibus dæmones vti consueuere corporeo tamen velamine semper tecti ac induti. Huic etiam non absimile aliud factum apud Forteam Scotiæ æstuarium, vbi cum nauis quædam nauigandi eßet in procinctu, adeò procellis, vndis, imbribusq; extemplo exagitari, conquassari; ac penè obrui coepit, ut velis ac malo fractis scissisque, nulla spes salutis superesset amplius: interea dum forte nauta quidā præ admiratione, ac magno timore, elatiore voce exclamaret, hoc esse opus à diabolo profectum, statim vox cuiusdam mulieris hac exclamatione perterrefactæ è sentina cunctis naucleris audita est, quæ se in causa huius extremi periculi esse prodijt, (non secus, vt in sacris de Iona legitur) propter nefandam cōsuetudinem diu multum cum dæmone habitam; quamuis inuita instar statuæ misera immobilis ab ipso eo in actu redderetur: quapropter rogare coepit, vt hoc infausto onere nauē leuarent, se in mare præcipitando: quod cum non sine multis lachrymis consternata supplex peteret, & rem exponeret, continuò sacerdos, qui in eadem naui erat, foemi-

nam hunc, ne de infinita Dei in peccatores resipiscentes misericordia desperaret, hortabatur sedulò, addens multa de paterno & propitio Dei in nos animo, qui omnia propterea sub peccato concluserit, quo omnium etiã misereatur. quare vt ipsa vera animi ad Deũ conuersione, verisque ex animo & corde profectis suspirijs, doloribusque ob commissa tanta peccata in viam rediret, persuadet. cui tandem prompto animo obsequitur mulier, Deũque, quo in seipsam criminis ream, nõ in nautas animaduertat, lachrymans precari, non destitit: hinc subito è naui quædam nubecula exiliens, flamma, ac sulphure dæmonem prodidit. Noui & ego aliam quandam puellam quæ toties ab accubo opprimebatur, vt eam tandem huius miseriæ ac infamiæ tæderet, remque totam amicis aperiret, idque non sine lachrymis, ac dolore, hæc tandem Dei auxilio, loci ac nominis mutatione etiam liberata est. Nec de fide iam dictorum, quod res miræ videamur, aliquid dubitandum, cùm longè maiora, ac plura de accubis & succubis quotidiana experientia, proh dolor reos edoceat. A maribus pariter, ac fæminis nonnullis crebrò hunc nefandum actum turmatim

exer-

exerceri legimus, quem Dianæ ac Herodiadis ludum vulgò appellant, ad quem nocte intempesta frequenter admodum mulieres illæ miseræ antea infantum, quos eam ob causam non tintos atrociter iugulant, pinguedine pro vnguentis usæ, sambucea, quam liniunt virga, hircoq. vectæ (cuius diabolus formã simulat, aut certè, quod eorum corruptæ imaginationi talem figuram imprimat,) obequitare sibi somniant. Hoc modo non secus ac paleæ turbine quodam per diuersa locorum interualla deferuntur, donec tandem perductæ ad Satanam, quem Summam Maiestatẽ alto insidentem solio, præseferentem ac mentientem, omnium miserorum miserrimæ cernuæ flexis poplitibus adorare non verentur; diuerso tamen, quàm nobis consuetum est, ritu, non faciem, sed terga illi obuertentes, caputque non in pectus, sed in scapulas inclinantes; quod vel ex eis præscripta lege aliter non permittente, vt etiam ex hoc eorum nobis cõtraria natura innotescat, faciunt, quo ab alijs distincti domini videantur. hinc, plures varijs rhythmis, cantilenas altius tum instructi canunt, diuersorumq. generum pro libitu choreas a nostris penitus absimiles du-

cunt fœminæ: namque post dorsum masculis inhærentes, retrocedendo saliunt, terga dando inclinant, caputque non ante, sed retrò, sic pedem tanta cum agilitate eleuant, vt altiore arte, quæ humanam transcendat, docti facile videantur: atque sic saltantes, genioque indulgentes, multis, lautis & opiparis epulis expleti, tam mares, quàm fœminæ: nec enim viri his nefandis spectaculis absunt, tandem vsqueadeo, & corporum scelestas libidines explent, vt sæpe nonnullæ, quibus auersa placuit Venus, vel bifulcato mẽbro impeti eodem sentiant tempore. Hoc quidem omnium maximè execrandum ac detestandum scelus, & si nullo tempore, (ut plerique aßeuerant, nullaque non ætate, perpetratum fuerit; in hac tamen postrema mũdi senectute tantùm inualuit; vt nisi armatæ leges, ac iura, igne vltore contra insurgerent, nuspiam non hæc pestis serperet. Ceterùm cùm non pauci eius sint sententiæ, hunc diabolicum ludum non tam reipsa, quàm potius opinione ac stulta imaginationis dementatione fieri penitus asseuerando hæc in Phantasia ob dæmonum inductam infidelitatem accidere, vti ex aliquibus de-

mentatis se uidiße affirmant: hos sic opinantes equidem non poßum non ualde mirari, & ab eis, (cùm dæmonibus longè astutiores fraudes, ac ampliores uires non deesse haud inficientur) hoc edoceri percuperem, quidnam sit, quòd tantopere id denegent, quasi dæmones propriæ uirtutis cõtactu corpora obstinatorum præsertim id optantium haud transferre queant, cùm & Angeli sua ipsorum uirtute, qua uti spiritus satis pollent, ut dictum est, alter prophetã Abacuch ad Danielem capillis per aerem à Iudæa, in Caldæam duxit; alter uero Ezechielem de Chaldæorum regione in terram promissionis transtulit, ac Philippum Azoto ad Candacis Reginæ Eunuchum Hierosolymam, vti Aethiopum moris erat, uisentem transportatum sacra scriptura demonstrat. an si Angeli id propria virtute potuere, & dæmones eadem opera nequeant? queunt profectò, cùm eorum eo quod spiritus eadem sit naturæ potestas, tantoq. magis, quòd hi nefandis sceleribus, superstitiosisque maximè ritibus, quibus præcipuè gaudent, ad id inuitantur assiduè, ac vocantur. quo etiã pacto Empedoclem Agrigento Crotonem

ad Pythagoram ab iisdem spiritibus translatum & Abarim quoque Hyperporeum, ex Taurica Chersoneso eodem lectitauimus, ac Apollonium Thyaneum Roma Dicæarcheam octo horarum spatio ductum Philostratus affirmat, atque Simonem Magum in aerem sublatum, vt in suo Itinerario Clemens aßerit coram Petro factum esse, quendamque Zenobitam Noruagium rectà sub polum Arcticum à dæmone traductum asseuerant nonnullæ historiæ boreales, & deniq; absque criminibus tamen Hillidium Bisentinum Episcopum per aera Romam transuectum, eoq; loci Mediolano Diuum Ambrosium transportatum, sicut & Albertum Magnum tradunt. Sed quid opus est verbis, aliisq. exemplis? cùm & ipsum nostræ salutis auctorem Iesum Christum, postquàm carnem nostram sibi copulauit, dæmon tentator per diuersa loca transtulerit? Quod etiã verum eße per eorum probatur conuiuia, ad quæ annis ab hinc haud ita multis quidã in agro Sabino curiositate magis, quàm superstitione adductus, accessit, vt num vera eßent, quæ sua coniux in eodem crimine deprehensa affirmarat, suis ipsius inspiceret

pro-

proprijs oculis. hic dæmonum ministerio, sub hirci forma vectus, antea tamen vnctus pinguedine, eius rei ab vxore sua edoctus, ad locum eũdemque cõsuetum peruenit, tot conuiuiorum, ferculorumq; apparatum magnopere miratus, cumq. miser vnà cum Satanæ, iuramento obstrictis mancipijs assedisset mensæ, ciboſq; omnis generis, at nullo sale conditos deguſtasset, salem crebrò efflagitat; tandemque allatum, quasi admirans, dulce nomen Iesu nuncupando, in causa fuit, vt cuncti conuiuæ, (mirabile dictu) cum toto horum conuiuio, vel memento vanescerent, at ieiuni, quamuis ad crapulam, vsq; epulati fuissent his in conuiuijs nefandis: neque hoc mirum cùm dæmones cuncta comesta his auferre, ac, ut eadem ſpetie, licet non numero, redeant, efficere possint: cæterum is à cuius ore hoc sanctissimũ nomẽ Iesu prodijt nocturno tempore in profundissimis tenebris in dumento quodam horribili multis milliaribus à domo sua diſſito se miuiuum relictum demum se videt; diuina tamen virtute subleuatus, angelorumque adiutus ministerio, qui, & si non semper oculis cernantur, nunquàm tamen nos ope sua

destituunt, si tamen gratia diuina haud prorsus destituti sumus: id quod Elisæus suo manifestat discipulo: biduo post modum reuersus auctor fuit, vt quàmplurimi homines, plures tamen mulieres, quasi ex sinistro, vt secretiores inquiunt Theologi, latere profectæ, aut vasa fragilia magis, vnà cum sua coniuge à magistratu deprehensæ omnes igne concremarentur. Idem fertur quoque de quadam lamia nomine Lucretia, à proprio dæmone ob auditum sub auroram campanæ cuiusdam sonitum deserta ad ripam fluminis a Iuuene quodam inuenta, qui, recognita, & si miseræ silentium pollicitur, Iudici tamen indicium fecit: ex quo & ipsa ad supplicium rapta est. Præterea nec deest eius rei exemplum de Reuerendo quodam sacerdote, qui domo exiens, rus more solito perrecturus, dæmone equo post terga ignarus dicto citius eò vectus est. Cæterum cuncta ea loca, quæ lamijs frequentant, (cum minimè in omnibus ob benigniorem coeli influxum, regionisque Angeli custodiam talia mala patrare possint) vt plurimùm, & ferè semper aliquo insigni facinore ac piaculo nobilitata antea fuere, quibus quòd Angelo-

gelorum quodammodo destituantur tutela, magis præualent, gaudentque: horum famosa Nux apud Samnium Beneuentana, Collis in Dania mons, ac Virgo in Gothia ferũtur, quò omnes strigimagas dæmonum opera transuehi vulgo credunt. proinde cunctos hæc negantes satis errare perspicuè mihi videor: nec propterea inficias iuerim ea in phãtasia, esse (vt ipsi volunt) nõ posse: cùm frequẽtius eo pacto eueneniat, ut uel ex hac re videri potest, haud enim in potestate horum consistit spirituum noctu Solem supra nostrum retrahere Horizontem, vt dementatæ eiusmodi interdum videre his in ludis sibi sommiant mulierculæ: at quod per aera quãdoque vehantur de vno in alterum locum, nil est, quod impediat. Ex quo consequitur, nonnulla reipsa fieri, quædam verò in earum corrupta imaginatione, ac Phantasia tantùm per somnium, quasi in mentem venire: quæ tamen in rei veritate euenisse, sic miseræ delusæ vel iuramento affirmare solent. De his, quæ in medium afferrem, plura mihi non deessent exempla, quæ tamẽ, ne hæc afectare viderer, de industria omitto. Verùm par est de immensa Dei in nos

misericordia admodum mirari, quòd vel crucis signo, uel nomine Iesu etiam à malis prolato, extemplo hæc diabolica præstigiatricia Symposita conturbantur, & euanescunt, quò omnium infelicissimi has sceleratas consuetudines frequentantes, diaboli impotentiam, ac imbecillitatem uidendo, eò prõptius ad Deum cuncti potentem omnis boni auctorem & fontem conuertantur, inq. eum credant, ac gratiam, qua turpissimè sua spõte exciderunt, omni studio recuperent: non enim est Deus perditionis, sed omnis salutis & saluationis, ni ex nobis ipsis proficiscatur perditio. Vnde fit ut eiusmodi miserijs obnoxij, dum diuina celebrantur officia, nihil mali percipiant, cum alioquin semper uarijs, huc atque illuc impellantur imaginationibus curisq. conficiantur maximis; immo ad omnia perpetranda nefaria scelera ab his spiritibus armantur, & in arenam protrudũtur: cæteroqui raró agitur, ne hi haud euanescãt spiritus hanc diuinam uirgam, sui exitij signum olfaciendo: quod tantopere metuunt ac reformidant. magnum profectò mysteriũ antiquis Aegyptijs non ita incognitum, qui hominum salutem hac Dei figura, in qua

plura continentur arcana, in eorum hieroglyphicis notabant, sic ea vsi, postquā huius characteris nota cuncti iussu diuino ianuarũ postibus sanguine signatis Hebræi ab Aegyptijs incolumes, illorum primogenitis omnibus angelo interēptis, euaserunt. Quin nec Arabibus abstrusam, qui hanc diuinam imaginem in bracchijs, quò a nonnullis calamitatibus tutiores forent, sibi pingi volebant: quod & Platonem olfecisse per suam decussem coniectura consequi possumus. Verùm vt vnde digressus sum, reuertar, non me pigebit de ijsdem Spiritibus, quæ vir quidam auctoritatis maximæ suis vidis oculis, & expertus est, breuiter annectere. Aberat is peregrè negociorum quorundam familiarium conficiendorum causa, vnde domum rediens cinctus & septus est horrenda noctis caligine quodam in loco apud vulgus neco cuiusdam Hæbrei infausto: ex quo pergens maximo correptus est horrore, ignota tamen vlla, quæ sensibus percipi posset, causa: quod equidem eueniße autumo ob amplam dæmonis tentare essentia se accingentis potestatem cum in eiusmodi locis, vt dictum est, plusquàm alijs possint, quare & ijs magis gaudens

dent: aut, vt interemptorum violenta morte animas vel simulent, aut etiam, quo malorum perpetratorum memoria refricetur, vel quod eorum naturæ, uoluntatique perfidæ multum sint consentanea, ac ab Angelis non adeò prohibentur; ut olim fuere campi Marathonij Persarum strage insignes: vbi diu, multumq. hos spiritus oberraße ac colis infensos armorum strepitu, ac equorum hinnitu haud pauci antiquorum testantur scriptores, sub quorũ hominum imagine, uel pluribus his in locis apparuisse, crebro factum est, tunc enim non perterrefaciendi, at aliquid ostendendi causa accedunt, sub qua imagine illudunt boni, malique pro formarum, quas aßumunt uarietate: & alia loca his obnoxia spiritibus reperiũtur, quẽadmodum Hansem, (ita enim spatiosam quandam Regionem in Hiberia uocant perpetua caligine oppressam, hisque apostatis continue uexari spiritibus, ubi & equorũ hinnitus, gallorum cantus, aliorumque animaliũ uoces audiri, apertè affirmat Aitonius apud Armenios historicus haud ignobilis, quem admocum etiam aiunt esse quendam alium locum, vbi confluunt Cratis, ac Basentus, Cõ

sentini.

sentini Reuocatos uocant, quem à magno uexari dæmonio Ioachimus scribit, vbi proptè rea raro euenit quin grandia mala non patrent, mihi, vt retulerunt Iulius Caualcantius, ac Sertorius Quatrimanus viri ingenij acumine, iuditij maturitate, linguæ hetruscæ peritia nostra memoria insignes. Sed vt nunc coeptam historiam pertexam. Vix nempè decem passibus, quò in id uitæ discrimen inciderat, digressus aberat, cum subitæ neo hoc perculsus terrore circumspiciens, mulam insignis magnitudinis in loco angustiori obuiam uenire uidit: qua conspecta uehementius perterrefectus, non tamen penitus animum abijciens, ac desperans, nec ab itinere coepto desistens: quin potius uires & spiritus resumendo, ter inter pergendum signo crucis se muniuit, crebrioribus uotis dulcissimum Iesu nomen implorando. bis ex omnibus quasi periculis emersus, animo presenti ac alacri iter prosecutus est, ut opinione sua dicto citius currendo perrexerit: nec tamen id spectrum prorsus disparuit: quinimmò nunc maioris, nunc uerò minoris magnitudinis uisum est, uariasque in formas mutari, tandem prægrandis cuiusdam molossi simili-

similitudinem referens, quam ad finem usq. retinens, nunquàm modò hac, modo illac oculis sese obijciendo, molestum sibi esse destitit: qui propterea strictum ensem concitato cursu ei obuerterit. plus itaque satis his furijs exagitatus, tandem ad ingentem rupem peruenit, ubi B. Virginis sacellum extructũ conspiciebatur, qua & ei per callem prætereundum erat, eo loci cùm se huic numini ex animo commendaßet, confestim id horribile spectrum tanto cum strepitu & fragore ut nihil supra, euanuit: quibus adeò redditus est attonitus, terroreque percitus, ut ex eo in febrim denique, in trimestrem tertianã inciderit. Quòd autem gladium obstrinxit, id temere non fecit, etenim eiusmodi spectra ensem, & cætera arma, equum etiam & canem metuere dicuntur, non quòd ictibus aliquibus, ut corpora, expositi sint: nec quòd Metallum hoc sit sub Martis dominio, quemadmodum nonnulli Platonici finxerunt, qui in rebus omnibus, antipathiã & sympathiã esse uolunt, atque etiam Psellus, qui stricto gladio per Anaphalangem dæmonem à quodam obsesso expulsum asserit. Spiritus enim sunt omnis corporis expertes; quibus

corpo-

corpora, & non ipsis spiritus suijciuntur; nec inde quòd ijs, quas aßumpserunt imaginibus quodam excellunt dominio; cum si hoc foret, haud plerique eiusmodi omnes occurrentes spiritus euanescerent, sed ij tantum, (cum diuersa sint dæmonum genera,) qui quodãmodo Marti subsunt: uerùm id accidere inquam ob maiorem, quem suscipiunt hæc qui habent, animi uigorẽ, unde haud præsentẽ dæmones terrorem incursuri tribus aut duo bus apparent comitibus. hoc enim uigore, quod cupiunt efficere prohibentur: præsertim, cum non semper quantos optant nobis terrores incutere permittantur diuina pietate repulsi. Præterea ij malitiosi spiritus sæpe operationes suas perficiunt maxime euidentes per eos, quos diuexant energumenos tum maximè, ac diutius cùm terrei sunt, aut supplicij afficiendi causa supernè missi, aut Maleficorum opera intrusi: tum enim ægerrimè fugiunt ac uix ab eis discedunt, uel etiam exorcismis, quibus Sancta Ecclesia iam ex Apostolorum tempore usq. ut a Salomonis ætate Hebræorum Synagoga uti solita est, neque sanctorum quorundam reliquijs, qui quod de ijs triumphum repor-

tarunt

tarunt tam maximè formident, ut has reliquias, quasi Dei opera multis in locis fugere cogantur, nec ob Eucharistiæ præsentiam, ubi tamen non sine maximo cruciatu persistunt & si primæ nascentis Ecclesiæ initio uel a quibuslibet in nomine Iesu, aut crucis signo ab obsessis eijciebantur. quod non sine causa factum est: nam olim gentes idolatræ ac incredulæ facilius ad fidem Christianam adducerentur, miraculis crebrioribus opus erat, præsertim cum hoc non per tentandi causa, curiositateue quadam impulsi facerent, ut nuper perhibent Neappoli factum quadam in domo bis uexata spiritibus à nonnullis, in quos matulam ac scaphiũ proprios ob oculos hi spiritus insperserunt, ac effuderunt, atque olim Sceuæ filijs circa quendam dæmoniacum, qui nudi ac uulnerati non sine summa turpitudine ac dedecore uel proprijs domibus exire coacti sunt metu trepidantes: sed ut, quod Sancta Ecclesia Catholica ageret, potius animi pietate, quã curiositate aliqua imitarentur. Nostra uero ætate ex quo iam tot tantisque miraculis Ecclesia floruit, ac confirmata est, non mirum cuiquàm uideri debet; si non ita crebrò, ut

olim dæmones eijciuntur, præsertim, cùm nunc sæpius, vt pios in fide exerceant, pœnisque castigent propter admissa delicta, quodammodo relinquantur. Hi propterea spiritus sæpenumero hominum deliquentiũ interuentu exorcizando, sic vires acquirunt vt energumenos deserere minimè velint: proinde exorcistis summopere cauendum, ne exorcizãtibus temerè quilibet adsint: qui spiritus pro ea, qua pleni sunt, caliditate frequenter, & Sanctæ Ecclesiæ exorcismis aggressi adeò reluctantur, quò exorcistas tædio affectos deterreant: cũ tamen magico ritu, quibusdam scilicet superstitionibus, figuris ac characteribus impetiti a nonnullis Græcis præsertim, quos nostris in regionibus ac Hydrunti Caloieros vocant, libentius exeunt: & si quandoque parumper, ac nonnũquàm multum repugnare videantur: quod non sine maxima fraude moliuntur: quo nẽpe pacto paulatim fidem è mundo auferant: alioqui, dæmonem, vbi maius malum non subest, ab alio dæmone, quantumuis superiori, ac interdum dispari expelli non contingit: hoc enim modo, quo Græcis exploduntur à corporibus tantùm, maximis interea

animabus tenebris immersis excedunt, cum id, quod forsan antea poenæ tantummodo erat, proculdubio assentientibus in culpam cedit: qua de re, haud iure cogi possunt, quin grande committatur peccatum, energumenos, vt relinquant: hocque magis, quòd nobis omni commercio, omnique familiaritate dæmonum seuerè interdictum sit: nec eorum ministerio, ob quo nos polluimur peccatum vti fas est, licet id sanctis ac iustis quandoque concessum fuisse legitur, vti Diuo Iacobo, qui vt Hermogenem ei afferrent ijs iniunxit, ac Simoni Iudæ, qui vt dæmones proprias statuas suas destruerent, confrigerentque, eis præcepit. Sanctis etenim vtpote membris Deo ipsi insertis velint, nolint, propter eorum merita obediunt & si eis, natura superiores sint diuino arbitrio & voluntate iustis causis & rationibus hoc exigentibus, cum scilicet ab eorum pugna uictores receßere. id circo diuersis Angelis, ne amplius vel per tempora de eo tamen vitio quo tentando superati fuerunt, pertentaturum quempiam accedant, vinciri feruntur. Nec dum corpora occupant, eo ipso tentare dicuntur, cùm in hunc modum obseßi ratione

impe-

impediuntur, vnde nec in merendi, neque in peccandi statu esse possunt: tum præsertim, cum imaginandi potestatem conturbant nam si continenter non vexant, sed aliquos dies, aut horas ab eorum desistũt vexatione tunc eos peccare, quod sapiunt, posse nihil dubij: interdum sic animæ concentrant potentias, ut uel proprium motum impedire uideantur, uti satis ritè perspexit Ioannes Baptista Attendolus uir pius in linguarum cognitione uersatissimus, omni scientiarum genere peritissimus, dum Capuæ quẽdam exorcizaret enargumenum: præterea non omnes dæmones ex æquo sic possessos deserere coguntur; cum ob uaria occupatorum crimina, tum etiam ob non minus diuersa spirituũ occupantium genera: adde quod exorcizantium omnium non sit par uirtus & ualor; nec omnia tempora æqua: non enim profestos, ac intercisos, ut festos solemnesq; timent, perinde, ut cum circunstantium non sunt tantæ uirtutes, quæ è diametro quasi penitusque dæmonum uitijs opponi possint: ex quo consequitur, (ut & dictum antehac) quod non tantopere exorizantium præsentiam, uim, & authoritatem formident: immò, quod inter

exorcizandum, alij eis quasi auxilio ueniũt, ac occurrunt Spiritus: quorum aduentu maiores uires recipiunt: horum uerò ſpirituum omnium peſtilentiſſimi ſunt muti, qui exorcizando haud exire adiguntur unquam, niſi ut eo, quo cæteri, loquantur modo; niſiq; loco moueantur, ut nomen dent: quos unus duo an tres ſint, & qua hora ingreſſi, quam ob cauſam, ac per quem uirum ſint expellendi, interrogare licet exorciſtæ: preterea hi ſpiritus etſi uaria, ac diuerſæ morborum genera noſtris corporibus infligant, animabuſque miras imaginationes excitent, quibus ſic noſter afficitur intellectus, ut oculus non clauſus rerum ſymulachris: in rectam tamen uoluntatem, non eſt his ullum imperium; cũm hoc Dei tãtummodo ſit: ea itaque ſola in homine uerè immunis ac libera remanſit, non tamen a miſeria; poſtquam Adã præuaricando, Mundo tantum attraxit malum; nec a peccato niſi per filij gratiam, ſed a neceſſitate, a qua & ante, & poſtea hæc animæ facultas ſemper fuit libera. Neque tamen propterea dæmones, quòd nequeunt peccandi, ſic etiam nequeant peccati neceſſitatem afferre; cũm in Phreneticis imagina

tricem

tricem uirtutem impedire, ac in lethargicis memoriam conturbare ſæpe cernere liceat: adhæc hi rebelles, ac tenebrarum Spiritus haud ſemper tantas nobis tenebras offundunt, quamuis ipſimet nil niſi tenebræ ſint: nec tanta nos caligine inuoluunt, ut omnem lucis conſpectum è medio tollant, cùm multa, quæ hominis commodum, non tamen æternum ſpectant, propitium dæmonem. Socrati reuelaſſe compertum ſit: neque ex hoc mirandum quicquam naſcitur, cùm & hæc & alia præterea, quæ æternam concernunt ſalutem & ueritatem, eaque quæ tacere, quàm propalare mallent, qua laborant inſigni perfidia malitiaque manifeſtare tamen quodammodo compelluntur: ſic & cum deceptum ueniunt, quo optatis facilius potiantur, res eiuſmodi, quas tectas ſepultaſque uellent, potius oſtendunt; alioquin intellectũ illuminarent: quod minimè, cùm omnino charitate uacent, efficere queunt: non enim quod natura poſterius, niſi quod prius eſt, obtineamus, poſſidere poſſumus: quocirca omnia, quæ ſecundum quietem in ſomniis, infidelibus præſertim, & aliis peccato pollutis obuerſantur, & monſtrantur, publica ſi excipias;

cipias; ad quæ mittuntur ipsi Angeli, ut cernere est apud Pharaonem, quasi nunquã per hos non manifestantur Spiritus, ut etiam Socrati factum legimus, cùm quod de cygno somniarat, eius in somno quoque accepit interpretationem, & etiam Galeno, qui, ut infirmo cuidam uenam secaret, dormiens edoctus est, quod etiam uidere licet ex Aesculapij templo apud Pergamum, ac Podalirij æde, in qua utrobiq; dormientibus, ægris morborum remedia ostensa sunt. Sic ex fluuio Boristhene, atq; ex columnis Herculis, ad quas quæcunque antiqui scire desiderabant, reuelabantur. ita etiam ex Amphierai fano Serapidis ad Canopum delubro, Heliopoli Solis templo, ubi sacerdotes literarum obsignatarum sensum uel ad unguem Adriano Imperatori retulerunt, atq; Pasiphaes, Ardalique ara apud Hircanos, & Isidis quoq; Bumaste: quibus interdũ hæc ostendi contingit, cùm crebrò & ab Angelis at tum altius ea nunciantur, quæ uulgo fortunæ munera appellant, quibusdam præsertim insipientibus, ceruicosis, ac prauis, quibus fortuna, Philosophorum more inquam amica esse solet, ciusque illapsus capaces

ex. fiunt

existunt, quo ijs acquisitis, amplius ex dæmonum voto nisi ad creatorem conuertantur, peruersè agere pergant: quod tamen non sic accipiendum, quasi hi Spiritus diuitijs aliquem pro arbitrio cumulare, & spoliare queant; & si interdum non nihil aliquid pecuniarum adiecisse reperti sunt: sed quod ijs, quo homines fallant ac tentent oppugnatum veniant, cùm ijs affluentes facili momẽto libidinis ac superbiæ vitijs sese dedant: hinc non absque causa Saluator noster toties in diuites inuehitur: his enim muneribus nil est, quod nos segniores ad amplectendum veritatis ac iustitiæ viam (quibus ingressi dæmonum laqueos euitabimus) amplius reddere possit. Inde etiam earum copiam nonnulli Theologi spernere consulunt, vti salutis animæ maximè noxiam, ac pestiferam luem, cùm non infrequenter vbi thesaurus, ibi & cor hominis, esse soleat, vel ipsa teste veritate attestante. Ab his porrò spiritibus admonitum & Alexandrum, vt suis à serpentibus morsis militibus hiperbato medicaretur, ac Lysandrum quoq; fuisse narrant, vt Aphutim vrbem obsidione, qua eam cingebat, solueret: licet & à bonis Angelis,

quoniam reges, id proficisci potuit. Nec tamen dæmones vnquàm aliquos in bonum finem, siue bona naturalia, siue moralia spectes, peregere, quantumuis sæpenumero pluuias, imbresque, terræ siccitate maxime id expostulante, sicut & ventos nonnullis secundos concitaße visi sunt, atque etiam assiduè contemptores religionum increpauerint obiurgauerint, castigauerintque, vti Dionysium Syracusanum, Phlegiam, totque alios; ac haud pauca, quæ bona viderentur, in somnijs prædixerint, vti & per statuas contra aliquos, quos tandem poenis multarunt, locuti sunt: quarum rerum exempla gentilium suppeditant historiæ; quæ omnia, & singula, non quod hominibus benè cupere, vel etiàm facere uelint, uoluntate eorũ huic maximè repugnãte, fecere: sed quod superstitionibus suis, illusionibusque maiorem fidem & auctoritatem ijs concilient, hinc & propria eorum templa ob neglectam, vel parum cultam religionis superstitionem, ijs ipsis auctoribus, igne periere, vti Apollinis templum Delphicum ter, Dianæ Ephesi bis, Cereris quoque Mileti. Argis Iunonis, & Romæ Apollinis, vt nimirum his rebus suam potẽ

tiam

etiam vidictamque ostentarent, suosque cultores magis allicerent. Tota etiam Potitiorum familia spretis Herculis sacrificijs, vel vnius mensis spatio extincta est. Adhæc non cuncti æqualiter quibusuis malis infligẽdis gaudent: certis enim classibus quasi distincti his, in quibus præualent vitijs homines oppugnant mira astutia, ac acie, vt aiunt instructa: de quibus ducem suum Luciferum certiorem faciunt, vt varijs hominibus, quos hinc inde per orbem tentationibus aggressi fuere, ac frequenter corporis adscita similitudine, fecisse visi sunt. Horum quilibet, ea quæ inhabitat, elementa concutere, vel conturbare alio magis potest: vnde fit vt æthera incolentes, quos Siliurion nuncupant, & si reliquis minus noxij, varia quasi emicantia signa prodant, hilares semper mortalium damnis, gaudentes ruinis, calamitatibusque omnis generis præ lætitia, quasi exultantes: veluti qui aerem habitant, quos, nonnulli falso tamen errorum, vti nos, poenitere imaginantur; cùm ex quo semel se a Deo auerterunt, minimè in viam redire possint, hos heroas dixit antiquitas: ac ex eo quòd quibusdam incantationibus aerem in nubem ac

pluuiam cogere aiunt, nuper Neophidectas vocauere: quos etiam nimbos, ventos, grandines, ac fulmina iaculari, atq; etiam, lana, cera, argilla. lapidibus, ferroque pluiße, ferunt. Verùm ex his, qui in aquis degunt, marinos fluctus nauigantibus submergendis intenti, concitant, qui olim, quoties res ex sententia in perdēdis hominibus minimè successerat, quasi tempestates compescendi gratia adeßent, nautis sese ostēdere, vti Nymphæ ac Tritones, & si frequentius sub quadam luce, Castorem ac Pollucem antiqui dixerunt: hanc & Angelorum ministerio conspici, non negauerim, præsertim nauigantibus bonis ac fidelibus, qua quidem in re, Philosophos, huius lucis causam à natura tantum petentes errare vniuersali in fabrica diximus. Terrestres verò, qui sunt, solum varijs malis terram diuexant, horrendis terræmotibus, sæpè imminentium malorum signis adeo conquaßantes, vt & flumina, relictis alueis, cursum aliò dirigere visa sunt, montes quoque non minus concußi apparuere. Ex his nonnulli cæteris nocentiores subterranei sunt, in specubus latitantes, vti olim in antro Trophonio, vbi responsa dabant, ac

in puteis absconsi, luci fugum genus, assiduè ad tartara tendentes, vnde Stygiam aquam haustam ad nos perferunt, qua vsq; adeo elementa ipsa malignos planetarum influxus aucupãtes, inficere ac corrumpere solent, vt quasi ex Babylonica arca horrendã hanc nostri temporis luem excitent sua uirulentia ac contagio, longè lateque omnia uastantem, ignotam Græcis, Latinis, ac Arabibus, quos nequam ac diros, feralesque Spiritus, Alastores, ac Palameos antiqui dixere: hosque duntaxat, aquam & aerem corrumpendo corporibus, ut dictum est, frigidis passionibus officere, ac incomodare, sicut cæteros animis insidias parare plerique ex Platonicis asserunt; horum quendam sub uetulæ forma ostẽdit Ephesi Apollonius Thyaneus, in quem grandi lapidum aceruo immisso, ceßauit epidemia: nec quod tanta horum spirituum in nos potestas a nostris commissis delictis profecta iusto Dei iudicio, gentes aliquam ignorantiæ causam allegare possunt, lumine illo æterno coelitus demisso in ipso medio orbis terræ satis diu iam fulgente quo hos tenebrarum Spiritus, si uoluißent, nullo negocio cognouissent, uel ex hac re so-

la, quod, & si horum plerique sese coelestes esse mirum in modum iactitarint: nunquàm tamen aliquid signi in coelo producere, aut ostendere potuere, sicut apud Hebræos Iosuah ueri Dei cultor, cuius iussu Sol ipse, immobilis stetit, & Ezechias, in cuius gratiam contra naturæ cursum aliquot gradibus retrocessit, quod & Iudæi forsitan, dum signa uellent, ueritatem eminus subolfaciendo a Iesu Saluatore nostro quæsiuere: quod tamen, ne hac etiam in parte eis deesse uideretur, sed potius ad se conuerteret, uel in ipsa cruce pendens in mortis articulo ostendit, quo horum scribæ, hoc miraculo admoniti certum de eo, ut ab increata ueritate factum arrhabonem nossent, haberentque Solis scilicet uniuersali Eclipsi per totum mundum in ipso tamen plenilunio, tam admiranda, ac præter omnem naturæ ordinem, ut uel ex hac ipsa, uerum Deum de Deo uero, deque lumine lumen, modo ipsi tenebras nõ plus amaßent, satis perspicue oculis cernere potuißent; cùm Dionysius Areopagita summus Philosophus uel Heliopoli id conspicatus, dixiße feratur: aut Deus naturæ patitur, aut tota mundi machina dißoluetur.

Porrò, quantumuis dæmonum potestas sit satis ampla, non tamen omnia, quæ eueniunt mala, ipsis auctoribus referenda sunt. Nã, cùm quatuor sint poenarum genera, quibus cuncti ob peccatum obnoxij sumus; naturæ nempe, ministerij, noxe, ac maleficij: ex natura tum mala prouenire dicimus: cùm hæc a motu coeli, certoque siderum influxu promanant, à ministerio quoties Deus per Angelos iustitiam suam exequitur, sicut Angelus pertransiens Aegyptiorum primogenita peremit, atque etiam cùm ex Senacharibi Aßyriorum regis exercitu centum & quinquaginta hominum millia trucidauit, ac Balthesarem Babilonis regem domini vasis abutentem occidit: à noxa verò contingere tunc dicimus, cùm Deus poenas exigens, aliquam plectendi tamen ipsis nequam Spiritibus facit potestatem: qua nullo nimirum modò nisi diuino iußu, vti poßunt, nihilominus, cùm noxæ adscribuntur, non tam Dei mandatum exequuntur, quàm suum explẽt desiderium, sponte sua malitia adhoc adducti, quapropter haud quaquã ab his aliquid effectum est, siue sub boni, siue mali pretextu vel quod naturæ referat, aut accidentis tan-

tùm redoleat formam, quod tandem malis cædendo in pœnam, bonis verò æternum in bonum, eis malo non adscribatur. Hinc tot, tantaq. portenta, prodigia, ac mira, cuncta noxæ effectus ab his olim fieri gentibus, vt & in præsentiarum cunctis infidelibus, quibus magis eorum stabilirētur superstitiones, diuinæ iustitiæ nutu permissa sunt. quo factum, dæmonibus procurantibus, vt Anthei cineres eruti imbres cierent, ac Mineruæ penes ædes sacra non putrescerent, & Pethiliæ in Philoctetis sepulchro, cinis vehementibus ventis expositus nō dissiparetur, atque Paphi a Veneris templo, cùm vbique circumcirca plueret, pluuia arceretur, ac ut apud Peneleos idolum visum cunctis terrorem incuteret: qua etiam de causa, & Troiæ quondam Palladium, ut nunc aurea poma Mauritaniæ fatalia extitere, & quo protinus die Miagro apud Eleos litaretur, muscæ omnes interirent, atque vt apud Aegyptios Ibes confestim serpentes voraturæ vocatæ aduolarent, ac nauim filo tantùm vestales ab vndis educerent, atque etiam vt Capuæ Iulij sepulchrum Græcis notatum literis erutum fatale Iuliæ stirpi existeret. In qua porro poena

ro pœna infligenda interdum maiora, quam pro eorum natura par erat, quod solummodo Dei ministri essent, miro diuinæ iustitiæ ordine his commitit consueuit, vti apertè manifestatur Augustini auctoritate ex Lothi vxore in salis statuam per eos transformata, ac ex temporaria animas puniendi potestate: vtrumque enim eis, vt a propria ipsorum natura fieri, haud est integrum: verum tamen tum nuncupari a maleficio effectus contingunt: cum à maleficis omnium hominum profligatissimis patrantur, quod vt succedat, varijs efficiunt potionibus, herbis, lapillis, animalium sanguine, mortuorum ossibus, paganorum manibus, serpentum exuuijs humanis unguibus, suspensorum linguis, oculis, eorum funibus, ac capillis, quibusdã verbis sacris, quæ tamen singula in extremum Dei contemptum, vt sacrificia, vel ipsorum nutu, ne dicam verbo ab eis in omnium hominum summam perniciem inuenta offerũtur: qui quidem effectus, cùm frequentius quibusdam fiant imaginibus, quò veritas & de his patefiat, pertractandum est. Sunt itaque omnes hæ imagines, quibus hoc superstitiosum genus hominum vtitur, duplicis dif

 feren-

ferentiæ repertæ, quæ enim ex astrorum cõficiuntur aspectu, astrologicæ appellantur: at quæ sine siderum aliqua obseruatione necromanticæ: illas à coelo pendere, nec ad rem aliquid conferre, nisi sculpantur in materia pretiosa, vt auro, argento, ac gemmis, atque etiam alijs congruentibus metallis, corporique diu adhæreant, compertum est; has verò neglecta stellarum obseruatione cudi, haud quicquàm intereße aiũt nec nobiliori, an viliori subiecto incidantur; atque etiam sine corporeo contactu effectum consequi. Vtrasque dæmonum fraude, & confici, & gestari constat, diuerso tamen pacto, illas tacito, has verò aperto harum rerum peritiores veritati innixi quibusdam validis respondent argumentis omnibus horum opinionibus repugnantibus, neutrum scilicet, & qui eas conficit, ijsque confectis vtitur, crimine carere: quandoquidem de Astrologicis nunc loquendo, in quibus aliqua videtur difficultas, cæteræ vel ipso nomine exosæ sunt, eũ inquam uel ad Solem Meridianum cæcutire neceße est, qui his non nihil virtutis ponit, cùm nec à se, ceu nec, quibus nos signamus, numeris, nec à coelo, cùm figuræ coe-

lestis influxus sint incapaces, quò nec inter substantias, nec inter primas qualitates unquam numerantur, alioquin secus si foret, ensis, qui ex se hominem perfoderet, syderum aspectu cudi posset: & sic, quas narrant pueris, fabulæ eßent historiæ: nec Græcia ullius mendacij auctor fuißet. Vnde nam ergo hæc virtus, si his accidentibus hic non conuenit effectus, nec a se, vt dictum est, nec a coelo? restat igitur, vt horum nequã Spirituum technis istæ imagines, figuræque repertæ sint . hominibus persuadendo vim, ac virtutem aliquam, a coelestibus in has defluxam, ac deriuatam imaginibus, quas dum interdum Indos ex altissimis montibus in nono coelo conspexiße nonnulli fabulantes fingunt, grauiter errant, ac delinquunt, cum si ita esset, eminentioribus alijs in montibus, ut est Olimpus, ac Atlas, etiam apparerent. Nec his obstat, quod de Moyse in medium afferunt: qui, quòd artis Aegyptiorum esset peritissimus, duobus ex auro sculptis annulis, recordationis scilicet, & obliuionis hanc suæ coniugi virtutem tradidit, vt cum eum absentem, vel memoriæ tenere, vel etiam obliuioni dare vellet, alterũ

gerendo efficeret: sic nec, quòd Iosephus refert de Eleazari annulo, quo quendam dæmoniacum curauit: nullæ enim ueteri in testamento his animalium prohibitorum, quibus diabolus tunc subesset, imagines usu erāt nec etiam refert, quod Antiochus sub quadam imagine sibi ostensa de hostibus uictoria potitus est: non enim ob eam, quam ex se, (ut gentes credebant,) uirtutem contineba: at ut altioris erat erga se, quia Regē uirtutis indicium: nec etiam, quod cum multis figuris a cælo, astriq. rectore ortos, secretiores ferunt sapientes, eorum quæ postea operarentur, uti iam haud multis ab hinc annis videre licuit quodam in lapide serpentem affabre cæli motu sculptum apud Germanos in Sueuia magna anguium inuolutum multitudine, ac Salomonis quoque in Saxo excisum sigillum in agro Veronensi, quo forsan modo euenit cuidam, quem noui, homini probo, & in magna constituto dignitate, qui natus cum angue in humero omnes à serpentibus demorsos, vel saliua tantùm sanitati restituit. Quandoquidem pleræque omnes, quotquot earum sunt eiusmodi imagines, ut figuræ, nil virtutis (ut dictum est) habere

bere queunt, vel sint a coelo efficta in herbis ac gẽmis, vt se reperisse mihi retulit Ianus Aquinus Madia in omni scientiarum genere, ac linguarum varietate iuuenis nunquam ualde laudatus, mihi amicissimus, cui si parcæ tam cito vitæ filum non obtruncassent, multa se tanto viro digna edidißet: uel furtim dæmonum fraudæ impressæ, vt dicitur de Seleuci anchora, quam eius matrem, cum Apolline cubantẽ accepisse in annulo gentilium ferunt historiæ, vel etiam sub coelesti sint influxu ab Astrologis conflatæ, vt quæ narrantur de nouem Musis in quibusdã lapillis: quibus gestandis Pyrrhum admirabilem memoriam nactum aiunt, ac quæ sub septem Planetarum sculpta annulis Apollonio Thyaneo ab Hyarchia Brachmanum Principe exhibitæ: quibus singulis pro dierum numero gerendis tandiu totum terrarũ orbem peragrando, vt iuuenis aliquis semper fortis, ac robustus vixit: ac quæ inuenta est in Nilo Thaulomane apud Maumethas Pontifice, qua Crocodili cicures redditi, morsu non nocebant, ac quibus serpentes fugati Byzãtio leguntur: quibus etiam imaginibus olim Aegyptus, cui Græci cunctas scientias

acce-

acceptas referunt, eius vteretur in necessitatibus, non quòd Aegyptij, cum multò peritiores essent, has vsurparent figuras, quod ab his vllam virtutem sibi acquirere crederent: verum, vt harum aspectu recordarentur, quid earum materia contineret cui maior a coelo virtus propter frequentiorem eius sub propria stella infusionem imprimitur, quam herbis ac lapillis; atque sic & qui gestarent, animo magis excitati facilius coelestes influxus, quasi somnium dormitaturi ob iacentis viridi in ripa imaginem suscíperent, ac quasi voce quadam vocati modo excitarentur: cætere omnes dæmonum fraudes, doliquе sunt, quibus præter hæc aliqua affigendo, aut credendo, ingens committitur crimen, horribilius in moribus portentum, quàm in natura monstrum. Qua de re & Theologi has, vtpote occultas dæmonum fraudes detestantur: nec profectò temere, cùm si virtutis aliquid his imaginibus à coelo influeretur, nõ temporum longitudine harum virtutem deperdi experirentur; cum ipsæ remaneant, nec gemmæ, vt nonnulli imaginantur, quapiam viuunt anima, vt cũ earum morte pereat & infusa virtus: neq.

multa

multa naturam rerum excedentia acta fuiſſent, ſicut patet de Gygis, ac Paracelſi annulis, quibus alter inuiſibilis pro arbitrio red debatur, alter verò annulū digitis geſtās, hoſtibus magno terrori, ac formidini fiebat; quod ēt liquet ex Theraphim, quibus inſpiciēdis Laban multa colligebat futura, nemoq. eius poteſtatē, (vt Hebræi aiunt) euadere poterat, ac quibus Michas idolorū ſacerdos utebatur, quibus. Hebræos crebrius in idolatriā cecidiſſe affirmant Rabini, cum multi ex his eorum augerent diuitias ex eo, quod eis caræ annonæ tempora indicarent. Cæterùm ex quibus ſidus non inſpicitur induſtria, ac arte quadam, quo malefici male agendo ſtrenuè pergant, a diabolo introductæ ſunt, (uti meminimus) nullis non execrandæ, eo quòd ſuis quibuslibet dæmonibus ſua etiam ſigna inſtrumenta, characteresque adſcripti ſunt, quos ſibi magnorum principum inſtar de induſtria vendicauere grauiorum longè malorum cauſa ſunt, cum aperta, quaſi horum pignora ſint: crebrius à maleficijs hæ figuræ vel proprio ſanguine ſcriptæ, aliæ ad laſciuiam, diſcordiam, timorem, ac demetationem, aliæ ad ægritudines, occultaque homi

cidiæ

cidia: Rursus aliquæ, contra venena, morbos, fulgura, procellas, latrones, hostes, feras, odia, serpentumque morsus, vsurpatæ, ijs itaque varia morborum inferunt genera; ergastula frangunt, elementa ligant, & nulla non mala perpetrant, vt ex parte videre licet vel ex Nectenabi quibusdam simulachris: ex quibus quot cereæ imagunculæ aqua proprijs manibus submergebantur; tot hostium nauigia in mare peribant, deque Bathi Tactarorum Principis vexillo; cui character X, Græcorum literæ haud absimilis pictus erat, terra percussa ex templo tali, tantaque caligine Polonorum acies, quæ penè Tactaros profligarat, obducta est, vt eius causa victi & in fugam versi sint. Atque de Duffi Scotorum regis ægritudine, qui dum eius imago à malefico igni admoueretur, in sudorem soluebatur, carminibusque quibusdam mussitatis, perpetua detinebatur vigilia, sicut etiam cera liquescente, ad extremam reducebatur maciem. Quibus etiam horribilibus ac nefandis imaginibus, ac characteribus sæpe adiungunt hi sceleratissimi homines in maiorem Dei contemptũ dæmonum instinctu, vel Chrismatis oleum,

& alia

& alia id genus, pleraque Sacramenta, interque has tetras diaboli imagines, ac diras laruas sanctissimam Crucem, antea tamen suo ore abnegatam, ac ter, quaterque (horresco dicens) pedibus conculcatam interponunt, cum quibusdam granis ligulis, vestiumque laciniis, at eorum, in quos veneficia eiusmodi struunt; quibus dæmones, quicquid ex eis remansit, sic operantur, vt virtutis contactu, multa pro eorum, qui hæc patrant, desiderio, vel per longinquam distantiam efficiant. Præterea occultis cum dæmonum nominibus, mortuorum vngues, capillos, ac ossa addunt, præsertim eorum, qui vt dæmonum propria mancipia desperatione quadam laqueo sibi mortem consciuere: quibus diabolus non ob materiam tantopere delectatur, sed quod quæ Deus ei poena adscripsit, sibi honoris ergò ab homine exhiberi, videt. quamobrem & serpentum exuuias addi vult: quæ tandem omnia membranæ inuoluta in triuiis sepeliunt, & abscondunt; aut quod frequenter ibi diuersi dæmones ex diuersis sibi locis obuiam fiunt, vbi & Satanas olim Mercurij nomine colebatur, aut furtim sub ianuarum liminibus occulunt, eo

rum scilicet in quos hæc venena præparant: tum quòd facilius, quos volunt transeuntes inficiant: tum etiam quòd limina quondam sacra veteribus habebantur: propterea quòd in ijs Dagon Syrorum Idolum ob Domini arcam cecidit: Mira profectò res dæmonem clam eo loci diuinos honores sibi vendicare, vbi olim aut palam colebatur, aut certè ignominia aliqua affectus fuerat. Quibus diris supra dictis, & interdum in cllam iniectis nefanda mala ijs petraſſe reperti sunt, ut & oppida, sicut paucis ab hinc annis Schilstadium apud Germanos combuſſerũt: nonnulla autem ex his mala propria pharmacorum uirtute fiunt non enim occultas rerum qualitates elementorumq; nexus ignorant: quædam uerò eis addunt, non quod sine his maleficorum uota non sortiantur effectum; cùm hoc ipsi dæmones præstare possint, uel scilicet particularem impediendo influxum. Verùm id agunt, ut malefici uel suis manibus hæc conficiendo, criminis socij magis fiant, Deum contumelia simul cum ipsis afficiant attrociori: quo dehinc poenas quoque grauiores sibi attrahant accelerentque: Eius itaque generis malorum longè maximo-

ximorum, ut diluuiorum, incendiorum aucto res sunt dæmones per maleficos sua operantes instrumenta: sic ex aqua interdum ingentem excitant imbrem; at non à contrarijs, ut ab Helia factũ legimus, qui ex aqua ignem suscitauit maximum: neque id mirum, cum dæmoni necesse sit, prius rei naturam, dies ac tempora obseruare, uti nuper a quodam mago animaduersum est, qui sub Martis horam schedula ranæ cuiusdam ori indita, ac lacũ, unde erepta fuerat, immissa, horrenda procurauit tonitrua; atque eiusmodi interdum mala hisce damnatorum figuris, uel etiam absque ullo contactu corporeo operari, ut dictum est, in quos structæ sunt: cum tamen per Astrologicas id nequaquam efficiant, nec sine fraude solita, ne scilicet detectâ fraude Astrologi in posterum astra colere desisterent: quod & forsan magis in causa est, ut dæmon in leonis forma apparendo coràm gallo euanescat, quàm quod sit, (ut Platonici uolunt) plus solaris: cum propterea & astris numen quoddam adscribant, & his necessitatem addant: quibus omnino hæc scelera committentibus crebrò dæmon multa, quæ in hac uitæ curriculo pollicentur, præstare possunt

nib

nihil obsistit: nulla in altera potestate ei relicta, quandoquidem his cunctis, quas ij promittunt, rebus abuti poßumus, ipsis nobis persuadere hoc satagentibus: hinc quod ob crimina damnamur, nostra uoluntatate accidit, & si diabolo non nulla potestate iure diuino in nos facta, quo nos, uti milites Christianos exerceat, ne ignauia quadam salutis æternæ iacturam faciamus. Inde huius uniuersitatis auctor & dominus, auro & argento Mammonã præesse innuit: cuius usum uerum amplectentes, honore & præmio, abusum uerò sectantes, pœna & ignominia perpetua afficiendi sunt, ut qui summo & æterno bono hæc infima & caduca prætulerint: neque id iniuria, cùm si æternum uiuerent hic, utique a peccãdo, & abusu rerum creatarum haud æternum desisterẽt. Neque cuiquàm mirum uideri debet, quòd malefici tot tantaque mala etiam quæ dæmones per se ipsos nequeũt, procurant, hominibusq. accersant, cùm qui in uia reperiuntur, (ut Theologi dicunt) amplius quàm qui in termino existunt, delinquere, ne arbitrij libertate priuentur, optimo iure permittantur. Præterea quòd dæmones, & malos pœna multarint, ut Mariam soro-

Moysis

Moysis aduersus eum susurrantem, & bonos multis supplicijs, ut Iob & Tobiam afflixerint, haud alienum censendum; cùm interdum dominus & in sanctis propter originis peccatum, quo ad pœnas has corporeas plectendis iustitiam suam immutabilem ostendere consueuit, utendo in ijs horum spirituum opera: quam prouinciam ideo eis demandat, ut bonis futuro bono, ac præmio ampliori, ipsis uerò diris ministris acerbiori malo, ac cruciatui cedat atrociori: quod dæmones etiam subolfaciendo, non ita frequenter, tantcq. furiarum ardoris impetu ipsos Sãctos, ac prauos aggrediuntur: quos tedio, ut uincant, crebro pertentant. mirum enim in modum, & supra quam credi potest, beatorum merita timent: hæcq. tantopere exhorrescunt, ut maxima afficiantur tristitia; cùm eorum nonnulla opera Ecclesiæ thesauris recondi nõ ignorent. Nec tamen quaslibet corporeas pœnas sanctis, probisq. hominibus, ita ut prauis, ac malis inferre in eorum est arbitrio: quando ab horum potestate eripi aiunt pios uiros, ac sanctos, ne sibi astringi sensus, nec exterius, nec interius aliquo queant pacto, quòd ideo fit, ne eis ob hasce illusiones merendi uia interclu-

tercludatur; eoque magis, quòd maiora hæc in aliis, quàm in seipsis pro Christi amore ferendo, præmia merent, uti per Diuum patuit Macharium, cui quædã oblata puella, quam in mulam uulgus conuersam esse existimabat, haud alia mutata, quàm re ipsa erat, effigie apparuit. Verùm, ut quid intersit inter hunc, uel illum morbum clarius innotescat: morbos inquam, qui ex alicuius, uel excessu, uel defectu humoris peccantis qualitate proueniunt, ac quando à Dæmonibus proficiscũtur, malefici ligulis quibusdam facile noscũt: at quod doctorum plerique animaduertere potuere, hoc est; quod qui a natura, uel potius præter naturæ dispositionem ob humorum intemperiem, uel continui solutionem, in hoc naturæ imperfectionis statu oriuntur, ij sensim uires acquirunt, donec ad statum perueniant, adeò ut in eorum principio nil sensu percipiatur dolor aliquis: huius tamen contrarium a dæmonibus accersitis morbis usu uenit, ubi uel statim initio, nullis peccantibus humorib⁹ in causa existẽtibus, eiusmodi morbi grauissimis symptomatibus, ac doloribus sese produnt, omniaq. remediorum genera respuunt: ex quibus uix unquam aliquis restitui-

ſtituitur medicorum opera confiſus, preſertim ſi pro magna pœnarum latitudine puniri permittuntur, uti nec Aſa Rex, quantumuis eis fidem haberet, è pedum dolore conualuit; nec Cuthei peſte afflicti ob alienũ Deo à proprij loci conſuetudine cultum exhibitũ liberari potuerunt; quod tum uel maximè fit, cum dæmonum nocendi poteſtas ab angelis non imminuitur, peccatis noſtris pœnas diuturniores commerentibus, ubi mala cunctas remediorum uires exuperantia, morboſq. infligunt immedicabiles. Et hoc quidem uel interiores noſtros humores corrumpendo, uel exterius occulto tamen, & qui ſenſus effugiat, modo his pharmaca adhibendo: quorum uires uel ſingulorum ſingulas, & minimas, applicandiq. modum, ac tempus lad unguem callent, ac perſpectiſſimas habet. nongè in his naturalibus cognoſcendis omctem humanum captum & intellectum direum eſt excedentes: nec in ijs etiam conquiqndis, & ſingulis ex ſuis locis petendis aliuo longo, ut nos, indigent tempore, cùm uel momento ad manum ſint omnia: non tamen hoc ita accipiendum, quaſi temporis puncto quod Dei ſolius eſt, operari poſſint: mira tamen

men celeritate cuncta, quæ extra se sunt, eiusmodi conficiunt, operanturq. tempore solummodo continuo a discreto, quo eorum mensuratur, uti angelorum natura, internæq. actiones, oppido quàm diuerso. Neque & hæc res tanta admiratione digna est, quòd dæmones, cum sint incorporei, loco persistant, ubi non mole; at uirtutis quantitate obseruantur; quo fit, ut loca haud secus, ac uoces emissæ audientium corda contingant; quibus dolorem, tristitiamque afferunt, aut etiam ueluti Lunæ uigor cerebrum morbo comitialē patientis afficit: hoc etenim modo ipsi locum continent, ac non à loco, ut cætera corpora, continentur quæ ob quantitatem circumscribi necesse est. Nec tamen hos Spiritus loco inesse ob eorũ operationem, vt aliqui uolunt, dicimus: cum loco, ut sint, uel ob substantiam indigēt; quãuis alicubi consistere ex actione eorum externa facilè percipitur: ut ex aquæ motu cognoscebatur aduentus Angeli: nec eis, quod hoc motu opus habent, quicquàm ex eo imperfectionis cõtingit: cùm non, ut propriam perficiant naturã, quam perfectissimam habent, loco moueantur; sed aut, ut quod ipsos latet, addiscant, (cum nouã facultate utique discen

discendi rem non careant) uel ut quodpiam, cui potissimum rei intenti sunt, malum procurent, remque ex animi sententia conficiãt. Neque enim omnes medium prætereundo ex æquo, vt ad certum, ac destinatum locum appellent, suam ipsorum uirtutem applicare valent: nam vt quantitas corporea diuersum pro eius magnitudinis diuersitate locum occupat, ita spiritalis etiam, quæ nihil aliud est, quam ipsa uirtus, ac perfectio, maius spatium, ubi nobilitate, ac excellentia præstat, sua uirtute continere potest, Hinc fit, ut horum spirituum superiores citius ad locum propositum, quàm inferiores, perueniant; neque ex eo, quòd corporibus carent, tres uel duo uno loco esse possunt; cum omnes eundem, quo accedunt, modum sibi præscriptum habeant: nec obstat, quod crebrius plures dæmones uno in homine ineße reperti sint: quoniam tunc, neque quem occupant, locus unus est, nec ob quod opus accedunt unum; at uaria, ut corporum fuerunt uaria loca, eorumque diuersa crimina, ob quæ septem eiectos a Magdalena dæmones in Euangelica historia legimus. Præterea hi Spiritus non omnes per maleficos æqnalia mala infligunt;

gerendo efficeret: sic nec, quòd Iosephus refert de Eleazari annulo, quo quendam dæmoniacum curauit: nullæ enim ueteri in testamento his animalium prohibitorum, quibus diabolus tunc subesset, imagines usu erãt nec etiam refert, quod Antiochus sub quadam imagine sibi ostensa de hostibus uictoria potitus est: non enim ob eam, quam ex se, (ut gentes credebant,) uirtutem conti nebat: at ut altioris erat erga se, quia Regẽ uirtutis indicium: nec etiam, quod cum multis figuris a cælo, astriq. rectore ortos, secretiores ferunt sapientes, eorum quæ postea operarentur, uti iam haud multis ab hinc annis videre licuit quodam in lapide serpentem affabre cæli motu sculptum apud Germanos in Sueuia magna anguium innolutum multitudine, ac Salomonis quoque in Saxo excisum sigillum in agro Veronensi, quo forsan modo euenit cuidam, quem noui, homini probo, & in magna constituto dignitate, qui natus cum angue in humero omnes à serpentibus demorsos, vel saliua tantùm sanitati restituit. Quandoquidem pleræque omnes, quotquot earum sunt eiusmodi imagines, ut figuræ, nil virtutis (ut dictum est) habere

bere queunt, vel sint a coelo efficta in herbis ac gẽmis, vt se reperisse mihi retulit Ianus Aquinus Madia in omni scientiarum genere, ac linguarum varietate iuuenis nunquam ualde laudatus, mihi amicissimus, cui si parcæ tam cito vitæ filum non obtruncassent, multa se tanto viro digna edidisset: uel furtim dæmonum f audæ impressæ, vt dicitur de Seleuci anchora, quam eius matrem, cum Apolline cubantẽ accepisse in annulo gentilium ferunt historiæ, vel etiam sub coelesti sint influxu ab Astrologis conflatæ, vt quæ narrantur de nouem Musis in quibusdã lapillis: quibus gestandis Pyrrhum admirabilem memoriam nactum aiunt, ac quæ sub septem Planetarum sculptæ annulis Apollonio Thyaneo ab Hyarchia Brachmanum Principe exhibitæ: quibus singulis pro dierum numero gerendis tandiu totum terrarũ orbem peragrando, vt iuuenis aliquis semper fortis, ac robustus vixit: ac quæ inuenta est in Nilo Thaulomane apud Maumethas Pontifice, qua Crocodili cicures redditi, morsu non nocebant, ac quibus serpentes fugati Byzãtio leguntur: quibus etiam imaginibus olim Aegyptus, cui Græci cunctis scientias

acceptas referunt, eius vteretur in necessitatibus, non quòd Aegyptij, cum multò peritiores essent, has vsurparent figuras, quod ab his vllam virtutem sibi acquirere crederent: verum, vt harum aspectu recordarentur, quid earum materia contineret cui maior a coelo virtus propter frequentiorem eius sub propria stella infusionem imprimitur, quam herbis ac lapillis; atque sic & qui gestarent, animo magis excitati facilius coelestes influxus, quasi somnium dormitaturi ob iacentis viridi in ripa imaginem susciperent, ac quasi voce quadam vocati modo excitarentur: cætere omnes dæmonum fraudes, doliquе sunt, quibus præter hæc aliqua affigendo, aut credendo, ingens committitur crimen, horribilius in moribus portentum, quàm in natura monstrum. Qua de re & Theologi has, vtpote occultas dæmonum fraudes detestantur: nec profectò temere, cùm si virtutis aliquid his imaginibus à coelo influeretur, nõ temporum longitudine harum virtutem deperdi experirentur; cum ipsæ remaneant, nec gemmæ, vt nonnulli imaginantur, quapiam viuunt anima, vt cũ earum morte pereat & infusa virtus: neq.

multa naturam rerum excedentia acta fuisſent, ſicut patet de Gygis, ac Paracelſi annulis, quibus alter inuiſibilis pro arbitrio red debatur, alter verò annulũ digitis geſtãs, hoſtibus magno terrori, ac formidini fiebat; quod ẽt liquet ex Theraphim, quibus inſpiciẽdis Laban multa colligebat futura, nemoq. eius poteſtatẽ, (vt Hebræi aiunt) euadere poterat, ac quibus Michas idolorũ ſacerdos utebatur, quibus. Hebræos crebrius in idolatriã cecidiſſe affirmant Rabini, cum multi ex his eorum augerent diuitias ex eo, quod eis caræ annonæ tempora indicarent. Cæterùm ex quibus ſidus non inſpicitur induſtria, ac arte quadam, quo malefici male agendo ſtrenuè pergant, a diabolo introductæ ſunt, (uti meminimus) nullis non execrandæ, eo quòd ſuis quibuslibet dæmonibus ſua etiam ſigna inſtrumenta, characteresque adſcripti ſunt, quos ſibi magnorum principum inſtar de induſtria vendicauere grauiorum longè malorum cauſa ſunt, cum aperta, quaſi horum pignora ſint: crebrius à maleficijs hæ figuræ vel proprio ſanguine ſcriptæ, aliæ ad laſciuiam, diſcordiam, timorem, ac dementationem, aliæ ad ægritudines, occultaque homi-

cidia

cidia. Rursus aliquæ, contra venena, morbos, fulgura, procellas, latrones, hostes, feras, odia, serpentumque morsus, vsurpatæ, ijs itaque varia morborum inferunt genera; ergastula frangunt, elementa ligant, & nulla non mala perpetrant, vt ex parte videre licet vel ex Nectenabi quibusdam simulachris: ex quibus quot cereæ imagunculæ aqua proprijs manibus submergebantur; tot hostium nauigia in mare peribant, deque Bathi Tactarorum Principis vexillo; cui character X, Græcorum literæ haud ab similis pictus erat, terra percussa ex templo tali, tantaque caligine Polonorum acies, quæ penè Tactaros profligarat, obducta est, vt eius causa victi & in fugam versi sint. Atque de Duffi Scotorum regis ægritudine, qui dum eius imago à malefico igni admoueretur, in sudorem soluebatur, carminibusque quibusdam mussitatis, perpetua detinebatur vigilia, sicut etiam cera liquescente, ad extremam reducebatur maciem. Quibus etiam horribilibus ac nefandis imaginibus, ac characteribus sæpe adiungunt hi scelera-tissimi homines in maiorem Dei contemptũ dæmonum instinctu, vel Chrismatis oleum,

& alia

& alia id genus, pleraque Sacramenta, interque has tetras diaboli imagines, ac diras laruas sanctissimam Crucem, antea tamen suo ore abnegatam, ac ter, quaterque (horresco dicens) pedibus conculcatam interponunt, cum quibusdam granis ligulis, vestiumque lacinijs, at eorum, in quos veneficia eiusmodi struunt; quibus dæmones, quicquid ex eis remansit, sic operantur, vt virtutis contactu, multa pro eorum, qui hæc patrant, desiderio, vel per longinquam distantiam efficiant. Præterea occultis cum dæmonum nominibus, mortuorum vngues, capillos, ac ossa addunt, præsertim eorum, qui vt dæmonum propria mancipia desperatione quadam laqueo sibi mortem consciuere: quibus diabolus non ob materiam tantopere delectatur, sed quod quæ Deus ei poena adscripsit, sibi honoris ergò ab homine exhiberi, videt. quamobrem & serpentum exuuias addi vult: quæ tandem omnia membranæ inuoluta in triuijs sepeliunt, & abscondunt; aut quod frequenter ibi diuersi dæmones ex diuersis sibi locis obuiam fiunt, vbi & Satanas olim Mercurij nomine colebatur, aut furtim sub ianuarum liminibus occulunt, eo-

rum

rum scilicet in quos hæc venena præparant: tum quòd facilius, quos volunt transeuntes inficiant: tum etiam quòd limina quondam sacra veteribus habebantur: propterea quòd in ijs Dagon Syrorum Idolum ob Domini arcam cecidit: Mira profectò res dæmonem clam eo loci diuinos honores sibi vendicare, vbi olim aut palam colebatur, aut certè ignominia aliqua affectus fuerat. Quibus diris supra dictis, & interdum in ollam iniectis nefanda mala ijs petraße reperti sunt, ut & oppida, sicut paucis ab hinc annis Schilstadium apud Germanos combußerũt: nonnulla autem ex his mala propria pharmacorum uirtute fiunt non enim occultas rerum qualitates elementorumq; nexus ignorant: quædam uerò eis addunt, non quod sine his maleficorum uota non sortiantur effectum; cùm hoc ipsi dæmones præstare possint, uel scilicet particularem impediendo influxum. Verùm id agunt, ut malefici uel suis manibus hæc conficiendo, criminis socij magis fiant, Deum contumelia simul cum ipsis afficiant attrociori: quo dehinc poenas quoque grauiores sibi attrahant accelerentque: Eius itaque generis malorum longè maximo-

ximorum, ut diluuiorum, incendiorum auctores sunt dæmones per maleficos sua operantes instrumenta: sic ex aqua interdum ingentem excitant imbrem; at non à contrarijs, ut ab Helia factũ legimus, qui ex aqua ignem suscitauit maximum: neque id mirum; cum dæmoni necesse sit, prius rei naturam, dies ac tempora obseruare, uti nuper a quodam mago animaduersum est, qui sub Martis horam schedula ranæ cuiusdam ori indita, ac lacũ, unde erepta fuerat, immissa, horrenda procurauit tonitrua; atque eiusmodi interdum mala hisce damnatorum figuris, uel etiam absque ullo contactu corporeo operari, ut dictum est, in quos structæ sunt: cum tamen per Astrologicas id nequaquam efficiant, nec sine fraude solita, ne scilicet detectis fraude Astrologi in posterum astra colere desisterent: quod & forsan magis in causa est, ut dæmon in leonis forma apparendo coràm gallo euanescat, quàm quod sit, (ut Platonici uolunt) plus solaris: cum propterea & astris numen quoddam adscribant, & his necessitatem addant: quibus omnino hæc scelera committentibus crebrò dæmon multa, quæ in bo uitæ curriculo pollicentur, præstare posse

nih

nihil obsistit: nulla in altera potestate ei relicta, quandoquidem his cunctis, quas ij promittunt, rebus abuti poßumus, ipsis nobis per suadere hoc satagentibus: hinc quod ob crimina damnamur, nostra uoluntatate accidit, & si diabolo non nulla potestate iure diuino in nos facta, quo nos, uti milites Christianos exerceat, ne ignauia quadam salutis æternæ iacturam faciamus. Inde huius uniuersitatis auctor & dominus, auro & argento Mammonã præesse innuit: cuius usum uerum amplectentes, honore & præmio, abusum uerò sectantes, pœna & ignominia perpetua afficiendi sunt, ut qui summo & æterno bono hæc infima & caduca prætulerint: neque id iniuria, cùm si æternum uiuerent hic, utique a peccãdo, & abusu rerum creatarum haud æternum desisteret. Neque cuiquàm mirum uideri debet, quòd malefici tot tantaque mala etiam quæ dæmones per se ipsos nequeũt, procurant, hominibusq. accersant, cùm qui in uia reperiuntur, (ut Theologi dicunt) amplius quam qui in termino existunt, delinquere, ne arbitrij libertate priuentur, optimo iure permittantur. Præterea quòd dæmones, & malos pœna multarint, ut Mariam soro-

Moysis

Moysis aduersus eum susurrantem, & bonos multis supplicijs, ut Iob & Tobiam afflixerint, haud alienum censendum; cùm interdum dominus & in sanctis propter originis peccatum, quo ad pœnas has corporeas plectendis iustitiam suam immutabilem ostendere consueuit, utendo in ijs horum spirituum opera: quam prouinciam ideo eis demandat, ut bonis futuro bono, ac præmio ampliori, ipsis uerò diris ministris acerbiori malo, ac cruciatui cedat atrociori: quod dæmones etiam subolfaciendo, non ita frequenter, tantoq. furiarum ardoris impetu ipsos Sãctos, ac prauos aggrediuntur: quos tedio, ut uincant, crebro pertentant. mirum enim in modum, & supra quam credi potest, beatorum merita timent: hæcq. tantopere exhorrescunt, ut maxima afficiantur tristitia; cùm eorum nonnulla opera Ecclesiæ thesauris recondi nõ ignorent. Nec tamen quaslibet corporeas pœnas sanctis, probisq. hominibus, ita ut prauis, ac malis inferre in eorum est arbitrio: quando ab horum potestate eripi aiunt pios uiros, ac sanctos, ne sibi astringi sensus, nec exterius, nec interius aliquo queant pacto, quòd ideo fit, ne eis ob hasce illusiones merendi uia intercIu-

tercludatur; eoque magis, quòd maiora hæc in aliis, quàm in seipsis pro Christi amore ferendo, præmia merent, uti per Diuum patuit Macharium, cui quædã oblata puella, quam in mulam uulgus conuersam esse existimabat, haud alia mutata, quàm re ipsa erat, effigie apparuit. Verùm, ut quid intersit inter hunc, uel illum morbum clarius innotescat: morbos inquam, qui ex alicuius, uel excessu, uel defectu humoris peccantis qualitate proueniunt, ac quando à Dæmonibus proficiscũtur, malefici ligulis quibusdam facile noscũt: at quod doctorum plerique animaduertere potuere, hoc est; quod qui a natura, uel potius præter naturæ dispositionem ob humorum intemperiem, uel continui solutionem, in hoc naturæ imperfectionis statu oriuntur, ij sensim uires acquirunt, donec ad statum perueniant, adeò ut in eorum principio nil sensu percipiatur dolor aliquis: huius tamen contrarium a dæmonibus accersitis morbis usu uenit, ubi uel statim initio, nullis peccantibus humorib⁹ in causa existẽtibus, eiusmodi morbi grauissimis symptomatibus, ac doloribus sese produnt, omniaq. remediorum genera respuunt: ex quibus uix unquam aliquis re-

stitui-

ſtituitur medicorum opera confiſus, preſertim ſi pro magna pœnarum latitudine punire permittuntur, uti nec Aſa Rex, quantumuis eis fidem haberet, è pedum dolore conualuit; nec Cuthei peſte afflicti ob alienũ Deo à proprij loci conſuetudine cultum exhibitũ liberari potuerunt; quod tum uel maximè fit, cum dæmonum nocendi poteſtas ab angelis non imminuitur, peccatis noſtris pœnas diuturniores commerentibus, ubi mala cunctas remediorum uires exuperantia, morboſq. infligunt immedicabiles. Et hoc quidem uel interiores noſtros humores corrumpendo, uel exterius occulto tamen, & qui ſenſus effugiat, modo his pharmaca adhibendo: quorum uires uel ſingulorum ſingulas, & minimas, applicandiq. modum, ac tempus lad unguem callent, ac perſpectiſſimas habet. nongè in his naturalibus cognoſcendis omctem humanum captum & intellectum direum eſt excedentes: nec in ijs etiam conquiqndis, & ſingulis ex ſuis locis petendis aliuo longo, ut nos, indigent tempore, cùm uel momento ad manum ſint omnia: non tamen hoc ita accipiendum, quaſi temporis puncto quod Dei ſolius eſt, operari poſſint: mira tamen

discendi rem non careant) uel ut quodpiam, cui potissimum rei intenti sunt, malum procurent, remque ex animi sententia conficiãt. Neque enim omnes medium prætereundo ex æquo, vt ad certum, ac destinatum locum appellent, suam ipsorum uirtutem applicare valent: nam vt quantitas corporea diuersum pro eius magnitudinis diuersitate locum occupat, ita spiritalis etiam, quæ nihil aliud est, quam ipsa uirtus, ac perfectio, maius spatium, ubi nobilitate, ac excellentia præstat, sua uirtute continere potest, Hinc fit, ut horum spirituum superiores citius ad locum propositum, quàm inferiores, perueniant; neque ex eo, quòd corporibus carent, tres uel duo uno loco esse possunt; cum omnes eundem, quo accedunt, modum sibi præscriptum habeant: nec obstat, quod crebrius plures dæmones uno in homine ineße reperti sint: quoniam tunc, neque quem occupant, locus unus est, nec ob quod opus accedunt unum; at uaria, ut corporum fuerunt uaria loca, eorumque diuersa crimina, ob quæ septem eiectos a Magdalena dæmones in Euangelica historia legimus. Præterea hi Spiritus non omnes per maleficos æqualia mala infligunt;

bus unus extitit Ioannes Faber Prutenus linguarum cognitione, ac scientiarum uarietate maximè perspicuus, uti & in Cypro, Veneri olim dicata insula actitatum aiunt: nec ferè est mensis in anno, quò non eiusmodi ad ignis rapiantur supplicium in Liuonia, ac in Moscouia, ubi multos in animalia uersos, propinatis poculis quibusdam, apud classicos auctores legitur, sic & in canes uel etiam num proprios maritos ab uxoribus cõuersos extat apud Getuliam affirmant; sic & in Congo crebro, quod in lynces transformentur, quosdam castigari perhibent: sic quaspiam in feles Ticini transformatas aiunt sic & olim Caietæ a Circe Vlyssis socios mutatos scribunt: idemque in aliquos miseros patratum, quibus tanquàm iumentis uti contigisse meminit diuus Augustinus, quod Apuleius quoque se a quibusdam ueneficis passum affirmare non erubuit. Quæ quidem omnia, nil nisi dæmonum illusiones, ac præstigia esse, nemo est uel leuiter saltem in Canonum, ac Theologiæ studijs uersatus, qui ignoret, nec de hac re ambigere queat. Quoniã quamuis materia, (ut & dictum est) nullo pacto Satanæ, quòd ad rerum mutationem,

nec extra naturæ ordinem, nec quòd ad augmentum obediat; cùm formæ eius potestati haud subsint: at Dei tantùm Optimi Maximi, cuius quidem infinita uirtus tam ad materiam, quàm omnium rerum formas sese dilatat, ac extendit: tamen non est, quòd ad quæ uolunt non pauca: non ei pareat, ut mobilis, quemadmodum diximus: quo fieri potest, ut corpora aliter, quam sint, præstigio uideãtur, iudicenturque: quod non subdola manuũ agilitate perficiunt, qua multa multum præualuere antiqui, & adhuc excellunt Hyberni, nouique orbis incolæ, unde hanc artem denuò nobis aduectã tradunt: nec naturalium rerum quadam applicatione, & si possint, ac interdum agant, uti olim agebant Aethiopes, apud quos hæ res in usu sunt frequentissimo, copiaque maxima: at multo magis propria, quam habent, phantasmata conuertendi potestate. Quo quidem modo hi perfidi spiritus sub aurea maßa Diuo Antonio apparuere, ac sub lactuca cuidam moniali: qua etiam præstigiatrice, ac Pythonica arte Cracam Noruagicam magam in uaccam conuersam Frontonem cornibus, cùm ferro occidi nequiret, peremisse sepentrionales per-

perhibent historiæ: in quam etiam uaccæ formam similem in modum transfiguratam quandam Augustinam Cordubensem lenam, ac ueneficam non ita pridem multa mala patrasse Guatimalæ in quandam Beatricem Cueua eius regionis præsidem noui orbis scriptores referunt. Et quàmquam hæc, & his similia possint hi profligatissimi hominum dæmonum nomine, non tamen omnibus ea inferre queunt; cum haud paucos mortalium reperias, in quos his spiritibus nullum est imperium; eos nempè, qui in eiusmodi dæmonum mancipia, Deum præ oculis habentes publica animadeuertunt pæna sacrosanctæ Iustitiæ diuinæ: quod si potius auaritia, aut curiositate aliqua adducti faciant, crebrò dæmonibus sic excipiuntur, ac impetuntur, vt & mortem interdum inferant; quemadmodum intulisse aiunt cuidam Locris cuius nomini parco, non ita pridem cum in hos propria abuteretur ditione, sic ab his vexatus est spiritibus, vt mortem oppetere coactus paucis infra diebus fuerit. Quòd verò probis iudicibus, & rectè munere suo fungentibus nocere non ita possint, ea de causa fit; quòd si & in hos aliquid iuris haberent, in ip

 sum

sum Deum, cuius officio funguntur, (quo nihil absurdius) id & habere viderentur & etiam qui mane lustrali se aqua cùm animi deuotione consperserint, quique ab angelis aliquid beneficij consecuti sunt, & orti, ut nonnulli produnt, sub certa quadam cæli facie, sicuti qui Martem in propria domo, aut in nona habuerint, nec Iupiter in eorum horoscopo fuerit; horum enim aspectum Dæmones refugere, ut serpentes ob aliqua mussitata carmina incantantium; aut ut rectius dicam, præstantissimi cuiusquam exorcistæ efficacissima prolata uerba: quod equidem dicerem; cùm dæmones planetarum configurationibus, vtpote incorporei minimè subsint, summa id astutia effingere; quò cæli inspectores astris numen adscribendo, vel ex hac re maioris erroris causā subeant, uel quòd eorū, quod pcipiūt, maleficio minimè hoc irradiati sidere, subdantur, aut potius inquam, quòd hi illum diuino numine fortiti sunt terrorem, quem Hebrei pahat *appellant, vt forte qui veram Cabalam cum Astrologia coniungere sciuerint, bene norunt: de quo Iacob ad Laban inquit; Nisi terror Isahac patris mei mihi præsto affuißet, forsitan nudum me dimisisses*

misißes, quod ideo accidit, vt vel ex hoc eorum in Deum noscatur peccatum, vti ex serpentum præcantatione Adam delictum patefit. Cæterum vt ad institutum nos reuocemus, hactenus itaque hac de re, atque præstigiosa rerum trāsformatione: reliquum ergo est, vt de existenti, ac vera transmutatione, quamuis cursim, moreque solito tractemus. In qua quidem, & si dæmones multum ad constructionem materiæ possint: non tamen formas imprimere, vt dictum est, queunt, sed occultis motibus occulta semina sub cælo addendo, magis naturam adiuuare dicuntur, vt quæ volunt, succedant, quàm quòd verè proprioque modo hanc rerum mutationem ipsimet peragant. Neque id in omnibus animantibus agere poßunt; cùm horum potestas duntaxat in his, quæ ex putri nascuntur materia, ac ex imperfecta quadam mistione proueniunt, sese extendit, ac dilatat. Quò fit, vt quæcumq. Pharaonis magi, Mambre, ac Iamne fecerunt, nullo præstigio, nullaque delusione effecta, vt aliqui aßerūt; at uera fuerunt; neque hæc res adeò peregrina est, ac difficilis, vt credi non possit, his spiritibus tantam cælitus fieri potestatem; cùm Deus &

maiora, qua est prouidentia, magicis artibus perfici sinat, quò pericula fraudum amantes in eis decipiantur, & nisi resipiscant optimo iure prorsus pereant: simplices verò, ac fideles cautiores fiant; taliaque venena fugiant, potius quàm admirētur: præsertim cùm magi eiusmodi prodigia non omni tempore, ac loco ex æquo producere queant: vbi sæpius diuina pietate angelorum ministerio impediantur: qua etiam de causa nihil eiusmodi malorum in locis sacris operari possunt. In eiusmodi autem producendis, mira velocitate vtuntur mille artifices materiam iam pro cæli influxu sic dispositam non ignorantes, adeò vt non tantùm in procreandis muscis, ranis, ac cimicibus sint promptissimi & quasi extemplo: verùm & quæ longiori tempore naturæ modo circa materiæ dispositionem requirunt, eadem facilitate peragant, vt in anguibus, muribus, multisque alijs animātibus, quæ producunt, videre est tam terrestrium, quàm in aquis degētium: quorum haud pauca fieri ad Nili ripas asserunt. Hoc genus è limo solis calore effingi, atque animari, vt etiam in Hybridibus insulis nonnullas aues anseribus non dissimiles in Oceano ex ligno

putri produci ferunt: quod cùm Philosopho rum optimi non inficias eunt, non dubitandum, quin hæc, & alia maiora dæmones possint, cùm rebus vires addere, easque pro cuiusque naturæ indigentia fouere optimè calleant: tum præsertim, cùm horum formæ è materiæ gremio educendæ sunt: si quidem singularum elementorum virium, quæque harum portio ad compositionem reliquorum maximè faciat, constellationumque sunt, vt meminimus, peritissimi, ac quasi, vt dicitur, articulos suos sciunt. Proinde equidem crediderim eos non modo metalla in aurum conuertere, Mercuriumque fixum reddere posse, in quo tantopere continuis æstibus desudant nostri chimistæ; sed & monstra horrenda Chimeræ similia, quæ cùm nullius propriæ speciei sint, Philosophi naturæ errore produci asseruerunt, nonnunquam his auctoribus fieri, velut non ita pridem in Brassilia factum scribunt, vbi quoddam monstrum horrendum, ac terribile visum est altitudinis palmorum septendecim, tectum corio lacertæ haud dissimili, mammis prætumidis, ac dependentibus, brancis leonum, oculis rigentibus, flammisque scintillantibus, sicut & lin-

gua, peremptum maximo cùm stridore Satanæ dominium à Iesuitis per quos Deus hoc vltimo sæculo, seu alteros Apostolos sibi gentes colligit, inde expelli ostendit: ac alterum in Saxonia ad nemus Hasbergense, antequàm Lutheri hæresis euulgaretur, admodum prodigiosum, ac horrendum non minus conspectum, accolarumq. manibus elapsum, Catholicæ fidei præsetulit mutationem quam mutationem raro absque maximis portentis contingere volunt: & propterea haud mira res est, quòd hæc ac similia monstra philosophus non putat nobiscum alenda, cùm rarò appareant, quin ingentia mala non portendant efficianque: ideoq. antiqui augures, ac Romanorum aruspices, eiusmodi visis, supplicationes publicas decernebant, vt mala impedentia Imperio Romano Iupiter placatus auerteret, non ignari, & si à natura prouenirent, nihilominus edocti altioris numinis signa esse ab antiquis patribus, qui eiusmodi iræ commotorum numinum indicia credebant a summo Iano, sic Noba, qui religionis cultum ijs præscripsit, præcepitque ob vineam, quam plantauerat, Aramea lingua noncupari cæptum est. quem cultum postea

dæmo-

dæmonum cum hominibus societate (unde & Ilias malorum reliquorum) corruptum, ac exinde diabolo, qui summo Deo, ac uero Ioui dicatus erat , consecratum affirmant. Hæc autem gentium portenta, non miracula, vt aliqui volunt, sed prodigia potius, ac etiam mira dicenda sunt, eo quòd miracula totius naturæ vires exuperent, Ecclesiæque propria, ac peculiaria sint, quæ dæmonibus, vt quæ certis circumscripta sint limitibus, sunt adimata Ce amimata, *(quamuis haud abnuerim nonnunquam diuino iussu pœnas sumpturos insigni præsertim de facinore maiora etiam his facere, quã quæ proprijs insunt viribus, vt in Loth patet vxore, quã in statuam salis eorum præter naturam conuertere, quod in naturam, vt Glosa inquit, peccasset, datum sit;) hinc neq. Prophetiæ dono dotati sunt, cùm ea rerum cognitionem cõplectatur, quæ ad Ecclesiæ ædificationem spectant; quæ prædicta, quò minus sortiantur suum effectum, fieri nullo potest pacto. Dei enim spiritu hoc proficisci, cuius ipsi sunt prorsus incapaces, sole meridiano clarius est. Nec facit ad rem, quòd quidam infideles, ac praui miracula fecerint, vt Augu*

stus, ac vespasianus: quorum alter ranas, ne coaxarent, prohibuit: & alter proprio pede claudi cuiusdam pedi oppreßo sanitatem restituit: nec quod de nostra salute vaticinati sint, vt Sibyllæ, Balá, Hydaspis, ac Cayphas: hoc enim eis contigit ob publicæ iustitiæ signa, quemadmodum neque hoc aliquibus oppositum dictum, Dæmones fidē habere, Christoque credidiße dicentes: Iesu cur venisti ante tempus nos torquere. Nam etsi Christum, dum prædicaret, verum Meßiam in lege promißum, cognoscerent, minimè tamen de eius vera diuinitate simul certi eße vnquam potuere. Cum in rebus supernaturalibus non secus, ac noctuæ ad radios solis in dies, magis magisque cæcutire soleant ob eorum obstinatam, confirmatamque malitiam, qua ceu callum ex tanti temporis diuturnitate obduxere; ideò coniectura quadam, noua sponte Christum propria virtute eiusmodi signorum auctorem Deum fatebantur. Quo circa hæc eorum confeßio laudis attributio nullo bono ipsis cedere potuit; sicut nec quòd imposterum interdum Iesum verum legitimumque eorum iudicem eße confeßi sunt, immo sæpè sanctos, vt apud Deū,

pro

pro eis intercederent, precibus solicitasse scribunt, vt diuum Antonium Paulum primum heremitam visentem, diabolus ei apparens, quo Deum sibi conciliaret, rogauit: id Dæmones agentes, vt salutem tantopere expetentes simulando, fallerent, veluti & Origenem fefellerunt, qui Christum pro eis in aere patiendum temere effutiit, aut profectò serio id & dixiße & egisse, credere par est ob metum futurarum pænarum longe atrociorum, aut etiam ironicè, vel ut naturæ principium, quod non tanto prosequuntur odio, exoratum voluerunt, etsi Christum, quem principio reiecere, numquam rogaße legantur: nec mirum, cùm nusquam non omnis boni, ac gratiæ auctorem ipsi pessimi, iamque deplorati spernant. Adhæc non pauci sunt ex his rebellibus spiritibus forsan non adcò vt cæteri enormibus criminibus polluti, qui frequenter se domesticos quasi exhibent, vulgus propterea familiares spiritus vocat; quorum aliqui nonnullibi locorum & gentium, cum hominibus familiarem quandam consuetudinem contrahunt, ob quam sæpe eos externis bonis, commodisque afficere videntur. quæ enim hinc inde, uarijs ac diffusis lon

ge lo

ge locis fiunt, ac uaria imminentia pericula prædicunt, & quasi præmonent, alijs insuper modis hominibus auxilia præstantes. hostium namque pro ea, qua pollent, facultate arma ita hebetant, ac retundunt, ut ter aut plures, lethiferos ictus in irritum cadere faciant, ut nonnulli septentrionalium historici insignes exempla referunt. Heterum quendam nomine uestem ab his spiritibus dono accepisse, qua omnes ictus, siue punctim, seu cæsim illatos, sine aliqua noxa, ac læsione exciperet, Zonamque auream uictoriæ, qua cinctus maximè concitatum in hostes impetum fecit, admiratione omnium nunquam deuinci potuit. Ii etiam sæpe fœdus cum hominibus inire solent, ita tamen, ut in necessitatibus urgentibus uocati, ipsis præsto sint, auxilioq. ueniant, uentos scilicet nauigantibus quibusdam magicis nodis uendentes, quorum opera nauigia, uelis remisque agitata sic remorantur, ut nisi transtris uirginum excrementis illitis, minimè loco amoueri queant: nec mirares, cùm hoc fætore se ignominia affici intelligant. hi etiam instar famulorum operas suas pecunia locare solent in quadam Norуegiæ regione, ubi passim fide digni scriptores

res

res asserunt frequentius tamen apud Birca-relos eiusdem prouinciæ populos, magis ta-men Boreales: cùm enim eius loci incolæ ru-ra sua fodere in animo habent, in quandam profecti spatiosam uallem, magno clamore, sintne qui operas suas locaturi quærunt, e uestigio plures reperiri uoce quadam quasi Echo, resonare audiunt, quibuscum sic paci-scuntur, ut relicta supra lapidem constitutam mercedem, actutum, nemine uidente, surri-piant: quos in usus eas conferant, mirum cer-te, cùm nulla indigeant pecunia dæmones, nisi, ut eam Antichristo iniquitatis filio, eiusque membris, oportunam suggerant, id quod cuidam ariolo thesauros abditos inqui-renti à spiritu quodam responsum est, cer-tô scio, ac rem noui. In quorum præterea regione, & alios reperiri spiritus dicuntur, quos Cobalos nuncupant, qui nunquam aper tè malefecisse, nisi prius cachinnis, alijsque in-iurijs lacessiti; iter facientibus occurrentes sa-lutant, prætereunt hos, quandoque & gra-dum sistentes colloquuntur, semper tamen, quoadusque recedant, incogniti. Sunt & alij, quos non sine proprij capitis, aut aliarum rerum interdũ læsione cernere licet: uulgus

nostrarum mulierculavum Vmbras appellat, Latini uerò scriptores Genios malos, qui etiam morituris per aliqua signa apparent, uti magnis terroribus, horrendis strepitibus aliquarum rerum repentino casu, ac uocibus nocturnis, auium specie infaustarum terrorem incutientium, ac noctu antambulonum ignium, ut & ego mea in patria cum alijs plurimis uidisse satis memini, Inter quos extitit Rutilius Poherius tam natalium, quàm doctoratus insignibus clarissimus uir prudentiæ, ac iudicij eximij, ut qui non cuiuslibet instabilis famæ uento, ni res subsit, cito rapitur. In eminentia uero summa constitutis principibus etiam per maiora signa sese dæmones ostentare solent, uti per fulgura Cæsari Augusto, à cuius statua flamma decidens, cùm primã abstulisset literam hac uoce Aesar relicta, sic Deum antiqui Hetrusci, ut diximus, nominabant, eius obitum intra centum dies subsecuturum aruspices significarunt. idemque Iuliano apostatæ accidit, demisso cælitus igne, dum suis sacrificaret idolis, & si interdum ingratis, ac sæuis principibus sub humana specie uisi sint, quibus, ut in suos benefactores ingratorum nota inustis

ceu

ceu ipsi in culpa aduersus suum creatorem, applaudentibus horrida locuti sunt, ex his vnus repertus est Dion in Dionysium admodum ingrato animo, alter Sylla in Marium, tertius Brutus in C. Cæsarem, atque idem Iulianus in Constantinum, quinimmo, vt alter Iudas contra Iesum nostrum Saluatorem, cuius beneficio sacro baptismate ablutus erat, omnium longè ingratissimus, qui edicto publico in vniuersum cauit, vt omnes Christum verum lumem, in quo cuncti viuimus, mouemur, & sumus, horribiliter tamen contemnerent, contumeliaque afficerent, atque huic, quem cernimus, soli, quò nobis seruiret, effecto formatôs hymnos, quos ipse impius condiderat, psallerent, ac canerent. Cæterum restant & alij dæmones, qui sæpenumero in argentifodinis conspiciuntur, quemadmodũ paucis ab hinc Annæbergæ in Germania factum, vbi horum quidam crebrius opus ibi facientibus visus, tandem eorum duodecim venenato halitu interemit, perinde vt Eucborgij, in cuius fodinis, pluribus alijs occisis, habitu cuiusdam cucullati arreptum hominem in earum profundum præcipitauit. Neque silentio prætereundum duxi diuersa dæ

monum

monum genera passim in his fodinis reperiri, quorum aliqui saxa confringunt, cauantque vrnis, ac situlis ingerunt, rotulas, & cochleas, quibus tractoriæ machinæ sursum eleuantur, sæpe mouent, ac ceu solares radij micantes è moto reflectuntur speculo, quolibet in fodinarum loco sese ostendunt: sunt & qui risu, cachinnisque operas solummodo perterrent: alij autem tantùm videri cupiunt, cætera omnino exterius otiosi. Verùm enimuerò non possũ satis non mirari dæmones adeò frequenter in his fodinis versari, vbi hisce in rebus haud quasi Ophanim, vt Hebræi aiunt, consistere possunt: cùm nullum bonum est, quod hi malitia, qua sunt, potissimum studeant, nisi quod Deus Opt. Max. vbi dæmones auro plus mortales & argento fallere soleant, infinita prouidentia sua vult, vt vel hac in sensus incurrenti imagine frequentius in terræ abditis thesauris, quàm alibi appareant, & si omnibus in rebus, quæ gratiam continent, tantum exceptis, siue sint colores, siue sonitus seu diuersa tam odorum, quàm saporum genera, siue sermones, mira eorum astutia, clam subesse consueuerunt. quos nos relicto & contempto rerum abusu, verum

amplectamur vsum. Quo circa res non suspicione caret, quod omnes thesauri, aut humo, aut aqua, aut aliqua ruina, obruti, AntiChristo à dæmonibus custodiantur, Telchines dæmones in thesauris custodiendis occupatos nominant, quos occisorum quorundam animas incantationibus vinctas vulgus esse sibi somniat; cùm animæ, vti & dictum iam est, nullo pacto ligari queant, nisi à solo Deo earum Creatore. Namq. si animæ ibi vinculis constrictæ potius, quam dæmones essent, haud malefici tot visiones, quæ non nisi dæmonum esse possunt, apud thesauros experirentur, cum alijs hanc stultitiam sectantes, quorũ numerus est nõ exiguus dæmonũ dolis sic circũuenti ex salicis uirga præsertim, cui hanc à natura, cuius ineptè sibi effingunt diabolo oblatis sacrificijs terram tremere, montes ruinam minari, aliasque etiam illusiones sentiũt qui ut plurimum, spe lactati inani uitam in extrema paupertate degunt, crebrius, quàm si his infelicibus diuitijs potiti fuissent: cum à malis spiritibus nihil nisi malum proficisci possit. Quæ uerò execranda scelera hoc diabolicis cupiditatibus allectum genus hominum intentata relinquunt diuitiarum potiundarum

darum ergò, cum uel Sacramenta ipsa occlusa in delubris uiolare non dubitant? dæmonibus his ad hanc rem opus esse secundũ quietem, uel in uigilia ipsis cum minori certè miseria persuadentibus: infelicissimi omnium animæ salutem tam turpiter ob uanam spem exigui lucelli prostituunt, ut haud ita pridem sacerdoti cuidam Norimbergensi euenit, qui solicito studio huic rei incumbens, à diabolo sub canis forma in arca interemptus est: simile quoddam & nuper Neapoli auditum non nulli enim inhiantes eiusmodi falsis diuitijs, ut canis ille Aesopicus umbræ à necromante allecti, qui dæmonem mortui cranio, ut thesaurum demonstraret, se inuitasse fabulatus est, ubi tandem ad locum destinatum uenißet omnes, cùm quatuor eorum essent numero, uitam cum morte commutare coacti sunt. egregiam uerò laudem, spoliaque ampla reportantes. Quod & alij cuidam diuersis tamen de causis accidit. hic enim cum serpentes plerosque in quandam foueam eductus à Marso, quò ex horum animalium pulmento, ut alter Melampus, ac Apollonius Thyaneus animantium omnium, ne dicam hominum uoces calleret, magico initiatus Carmi-

ne perreptare adigeret, à quodam omnium maximo ingredi reluctante angue cauda implicita ad foueam raptus occisus est. denique nullum non mouent lapidem hi peruersissimi dæmones, ut aliqua noceant: proinde cum in omnes nocendi occasiones, vt & ante dictum est, intentissimi, & inclinationes cuiusque habeant perspectissimas, Deo permittente, nostrisque peccatis id efflagitantibus, nūc hos mutos, eos surdos, cæcos illos, debiles ac membris mutilatis, mancos reddunt alios, nec aliquod ex omnibus ægritudinum generibus reperias, quod confestim, ni ab angelis probibeantur, inferre non possint, ut patet ex Iob, quem tot flagellis percusserunt. Ex quo fit, vt multi patiantur morbum Herculeum, capitum dolores, paralysim, termina, podagram, icterum, febrium diuersa genera, lepram, animique quod maxime exitiale vesaniam, ac furorem, nonnunquàm varias res extrinsecus corporibus immittunt, quo sæpe fit, vt exorcizando, ijs affecti, acus, capillos, clauos, aliaque similia reijciant, quæ non semper apparentia, vt aliqui voluere, existunt: vbi sæpenumero vera fuisse repertum sit, vt cernere licet in Piceno apud San

ctum Brădanum in beati Iacobi æde, in qua hæc, atque maiora è laquearibus pendentia omnium conſpectui ſunt expoſita, ac ĕtmagis admiranda apud Cornelium Gemmam: de quadam regio morbo dæmonum ſuggeſtu laborante nec mira res eſt hæc euomere, cum hæc eadem in puluerem contrita ijsdem ingeſta, intusque, vt rurſus coaleſcant ob imperium, quod in materiam habent, vt dictum eſt, nullo negocio efficiant. Nec minorem meretur admirationem, quòd ab ijs occupati energumeni diuerſis linguis, nunquă antea edocti garriant, etſi, quid dicant ipſi miſeri haud intelligant: ex quo à veritate alienum apparet, quòd nonnulli commenti ſunt dæmones raro aliena ob obſeſſis linguæ verba facere ob barbariſmos, ac ſolæciſmos, quos loquendo incurrerent, quaſi verò quas occupant linguas non pro arbitrio mouere, voceſque reddere queăt; cùm Diuus etiam Hieronymus teſtetur, quendam dæmoniacum locutum admodum eleganter lingua Græca, Arabica, Hebræa, ac Chaldæa, omnibus ijs à ſua vernacula, quàm diuerſiſſimis, ac Hieronymus Cardanus rerum naturalium haud indiligens indagator expreſſè affirmat ſe audiuiſſe

nisse quendam Phlirium Vmbrum Germanica, quam nunquam didicerat, locutũ fuisse, & Psellus quampiam Græcam mulierem Armenicè respõdisse inquit, Græca eandem & vsum fuisse alium quendam Gallum morbo laborantem regio Fernerius asseuerat: quàmuis me non latet hoc pro more vsitata dæmones semper fecisse, vt aliena à gentili obsessi lingua raro vterentur, quo potius incertum aliquid blaterare, quàm eloqui apparerent: quemadmodum non ita pridem accidit Panormi mihi ipsi Latinè, ac Græce loquenti cum puella rustica, idque de industria quam à dæmone obsessam parentes eius ad Diuæ Christinæ templum vinctam magno labore, nec minore vitæ discrimine tantopere infestabatur, quò hoc malo liberaretur, adduxerunt. quæ & si nonnullis de rebus interrogata, non vana responderet: non tamen id faceret sine magna vocabulorum stribiligine. quod equidem factum crediderim, ut hi mendaces spiritus astantibus interfectorum animæ esse videantur, sæpè aliàs has mentientes, aut quòd dei spiritum, quod vtique student superbia quadam in hoc æmulentur; qui ita Prophetarum linguas in futuris po-

pulo

pulo prædicendis, vt præsens ferebat conditio, & flexit, & rexit; vt videri potest in Amos, ac Esaiæ prophetijs, quorum ille simpliciter absque vllo ornatu, hic verò admodum concinnè diserteque locutus est: diuinū enim illud numen sensim, ac paulatim naturam quam inhabitat, perficit: non enim sic repente immutat, vt destruere videatur: at non quod enargumenorum linguam ad libitum, quocunque modo flecterē nequeant, ut nonnulli finxerunt in hoc decepti, qui neque id posse sibi persuaserunt. Hæc autem, cuius modo facta est mentio, puella tādem huiusce sanctæ intercessione, (quam, vt & reliqua incassum tamen hæretici allatrant) libera, ac superstes reddita, viribus at eneruata, vt antea dicta omnia obliuioni tradiderit misera tota attonita, nec pedibus consistere poterat vsque adeò, cùm a spiritu corriperetur, exagitata, vt ægre à duobus hominibus cathenis constringeretur: deplorandum profectò malum tantam his nequam spiritibus in homini bus miseris excarnificandis potestatem relictam ob nostra peccata. Ad hoc verò meū cum enargumena colloquium, qui mecum aderant professione Peripatetici ita quidem

obstu-

obstupuerunt, vt palàm professi sint, se haud Aristotelem post hac hos negantem spiritus reipsa posse defendere; cum nullo pacto quæ suis perceperant auribus, humori alicui peccanti, sicut nec cuipiam extasi, cælique influxui; cum à particula procederet intellectili, ascribere, vt horum moris est, possent. Omitto nunc, quod interdum inter expellendum diuersa possessorum membra tumefacere, expulsi faces extinguere, ac tegulas, fenestrasque vitreas, vbi earum vsus est, frangere; apparuerit sicut uidere est in Sicilia apud Sanctum Philippum, vbi & aliquæ visæ sunt arreptitiæ tam lyra excellenter sonuisse, dum rudes, ac inexpertes essent, ut Sappho ac Corynna iudicarentur. Qui Dæmones etsi maximæ sint potentiæ, haud tamen vno & eodem tempore vnus & idem diuersos obsidere potest quamuis quod & in sua Panoplia Vilelmus Lindanus asserit, vt vnum scilicet propria exerceat, ac defatiget essentia, alterum verò, quia sua spiritus vicerat malitia, animi affectu: de eodem tamen vitio, dum tentat, vel magno distantes interuallo euenire posse nihil discrepant in hoc Theologi. Adhæc hic spiritus malignus vi-

dens Salomoni arte quadam reperta thymia mata vincula, aquamque adhibendo ab Hebreis in Iehouah *nomine cogi, ut ab his, quos obsideret dæmones expellerētur, ipse fraudis suæ non immemor statim, quò superstitiones magis cumularentur, Aegyptijs vicinis, vt hoc imitarentur, persuasit, quo factum, vt nō modo taurum ostendēdo, ac* Barim *(sic enim nauiculam, in qua Osiridis reliquias obseruabant uocantes) fugere dæmones simulauere: uerùm & nonnullis minus, & inanitatibus, ut cælum scindere, Serapis sacra diuulgare, eiusque occultum nomen,* Τονον *patefacere: quod sibi proh scelus, ac nefas arrogauit, execrando omniumque maximo piaculo; ex quo Deus suum, quod idem sonat* Iehouah, *Moysi ostenderat. Quod etiam in alijs rebus naturalibus plurimis ab ijs olim factitatū est, ùt serico, Aristologia, uerbena, squilla, ruta, rhamno, ac sulphure; quæ omnia Platonici in hos nequam spiritus, aut proprijs, quas habent, qualitatibus, aut abstrusa earum a cælo uirtute, seu ut Cabalistæ uolunt diuinis Attributis, quòd corpore tectos imaginati sunt: a quorum tamen opinione, quodammodo dissentire uidetur Raimundus*

Lullius,

Lullius, dum Dei, quem infinitum dæmones læserunt, iustitiæ conuenire ait, ut quoquo queat pacto, pœnas ab his sonticis spiritibus exigat: & propterea id diuinæ obedientiæ potestati apertè adscribere uidetur. Cæterum non pauci secretiores sapientes haud ullis hisce uirtutibus dæmones perpeti aiunt, sed quadam, qua hæc inferiora superioribus aduersantur, antipathia, aut ex opposita Intelligentiarum propria uirtute cunctis rerum generibus (ut Platonici uolunt) præsidentium; quam tantum referunt, ut non modò his in rebus, quæ sensu percipiunt, satis magnam uideri ex mustela inquiunt, quæ ui sæ rubetæ uel stridens bianti ori moribunda sese ingerit: uerùm etiam & in ijs, quæ sensu carent, ut ex ouillis chordis, quæ ex lupo fidibus in lyra è regione concinnè alias sonoræ, quasi obmutescunt; quod ex his quoque maximè elucere uolunt, quæ altius in brutis, quàm eorum fert natura, fieri inspiciunt: cùm hoc, ni foret, quonam pacto, aiunt, canis quadam herba suis torminibus medetur? Quo etiam cancer morsus ab angue, statim calamento adhæret? Aut quis hirundini cæcos pullorum oculos sanare ostendit? quis

mónem expulsum a quodam enargumeno Barabæ folio flammæ non absimili narrat. Et Cardanus quoque, qui Panaceum medicum efficaci medela Phliarium quendam dæmoniacum sanasse testatur, idemque scribit Cornelius Gemma uir doctissimus fecisse in quadam epilentica: id quod equidem affirmare auserim; Cum enim frequentiùs ab Ephialti noctu opprimi solitus essem, quadam vsus potione, quam mihi prompto animo communicauit Ioannes Baptista Carpanzanus, vir haud vnquàm satis laudati ingenij, Iuriumque doctor eximius, nunquam postea amplius illam nocturnam oppressionem expertus sum; quibus certè rebus, & nostri sacerdotes frequenter exorcizando vti possunt, non tamen nisi ijs prius benedictis. addi enim precibus non exiguam propriæ virtuti energiam ob Christi, sanctorumque merita, certum est: alioqui hi spiritus inter exeundum magis, quod sæpe faciunt, nocere poßent. Etenim etsi semper hi nequam spiritus nobis officere tentant, tum maximè dum exorcizãtur, agere nituntur: quod cum non sugeret Paulum Regium virum doctum, atque bonum, ab enargumena, vt di-

gnior cæteris, vbi multi adessent, rosario donatus spreuit dicēs; nūquid ambitioni me rapere pertentas? Dæmones porrò rarò alicubi sese hominibus obijciūt, quin perniciē, ac ruinam præseferāt; quod uel hinc apertè demonstratur Friburgi apud Carelos, vbi assidui horum spectrorum conspectus repentinū præsidis obitum portendūt ac Parmæ apud Cisalpinos quadam in Torellorum turri, vbi rarò hæc phantasmata conspiciuntur, quin mors alicuius eiusdem familiæ intra paucos menses non subsequatur, etsi quandoque nō negauerim locum destruendum, ob eorum spectrorum illusionem innui, vt Paucis annis ab hinc in nostra euenit patria, in qua is iniquus homo (sic enim scriptura dæmonem ob humanæ similitudinis subreptionem appellat, specie perpulchræ cuiusdā puellæ apparuit, persuasitque, vt suis parentibus denuntiaret ingentem thesaurum à maioribus in domus eorum angulo reconditum, terraque sepultum latere; quocirca læto, ac alacri animo effodiendo eruerent, facturum enim sibi promisit, vt eo quam primo potirentur. Puella hæc pro sexus ratione plus satis credula lætaque parentibus hæc gratulabunda

refert,

*refert, qui rei nouitate & admiratione ducti obstupescentes fidem adhibent, vti rei non dubiæ (natura etenim sic comparatum est, vt quod impensè expetimus, facilius etiam credamus) præsertim cùm essent paupercu li, rumoreque quodam de thesauro illo antea sparso confirmati. nulla itaq. interposita mora hilari animo summis laboribus terram vsque ad ima domus fundamenta effodiunt; cumque signa nonnulla primùm offenderẽt, iam multo certius & ipsum thesaurum sperant, quã de re indies magis magisque terrã effodiunt, sic Telchinum versutia maiora in dicia ostendentium deludebantur, vt tantùm non domus non corrueret, eosq. ad vnũ omnes oppr*i*meret. vti quendam aureo num mo cuiusdam parietis effossi fundamenti rui na Floron, dæmonis nomẽ est, oppressisse fer tur. Verùm cùm primum id spectrum hac, quod tentaret via, sibi non successisse vidit, alia aggreßum est: tantis enim, ac tam crebris horrendis strepitibus, ac terroribus domum illam infestare cæpit, vt miseri incolæ ea de causa emigrare, eamque deserere coacti sint; iam adhuc in hunc vsque diem inhabitatoribus destituta etiam transeuntibus for*

midabilem minatur ruinam. Solet autem, quod dictum est de hac puella, diabolus frequentius iuuenilem sexum adoriri, non quòd inter hunc, & illum, aliqua sit cognatio, aut naturæ, aut voluntatum similitudo, sed vt imbecillioris iudicij promptius fallat, ac Deum in veteri testamento forma venustos iuuenes sibi sortiri mandantem, & hoc, vti in alijs multis æmuletur, contemnatque. Aliud porrò ab hoc non tamen multum dissimile, ibidem alteri cuidam mulieri, paulo post sese obiecit, cuius maritus ea de re multum mecum, ac cum nonnullis Zenobitis, deuotisque sacerdotibus contulit, ratus id spectrum animam esse cuiusdam suæ materteræ nuper vita functæ; cum huius formam habitumque simularet: eoque impensius persuasus, quòd vxorem, quo pauperibus eleemosynas largiretur, preces assiduas funderet, missasq. celebrari curaret, ab hoc solicitè moneri audiret, addens spectrum mulierem hæc procurando, & sibi, suæque familiæ vniuersæ rem maximè vtilem facturam. Fraus tamen hæc latens, tandem prodita est, illud nempe familiarem consuetudinem cum hac muliere amplexibus eius fruendo contraxisse, ea etiam

inuita

inuita & repugnante, non abstinuisse, donec tandem pluribus religiosorum intercessionibus apud Deum, missarumque beneficijs ab sic turpissimo congressu liberata fuit. quam tamen magna calamitas familiæque excidiũ statim subsecutum est. Annis non ita multis, vel idem, vel æqualis spurcitie impurusque spiritus, nocte intempesta in quodam virginum Deo sacratarum monasterio apparuit, vnam tantùm, etsi plures ibi commorabantur, affectans, abscondito nobis forsan Dei iudicio ob parentum aliquod crimen commissum, ad quod & liberi solent esse proni. hinc maximi excitati sunt rumores, per bimestre temporis spatium hac re perdurante. cumque tandem misera, ac cæteris magis infelix socias maximè fidas hanc rem amplius non celaret, ego rogatus, haud inuitus eò me contuli, obsessam vel ex primo aspectu statim agnoscens, subtristẽ enim se attonitamque subindicabat, commiseratione itaq. motus, ut animo forti, ac præsenti esset, hortabar, subijciens, ut omino hoc spectrum, quod neminem, nisi uolentem, trahere posset, præ se contemneret, atqua in minimis poneret: ad quæ subito nihil tale opinanti in præsentia

 trium

trium uirorum haud ita uulgarium, sanctimonialiumque frequenti numero è quodam cænaculi foramine, quo funis campanæ propendebat, hic impurus spiritus caput exerendo, truci aspectu mihi apparuit, capitè nempè crispo, mento raso, uultuque tam fœdo, ac horrendo, ut potius terribilem Cephū, quàm hominem referret; equidem sedens surrexi, quid agerem nescius, in maximos clamores, minasque extemplo erupi, astantesque hæc stupentes rei huius uisæ certiores reddidi, non desistens a clamoribus, donec spectrum, ijs in fugam agerem, quod paulo post abiuratum, signum aliquod testimonij ueritatis ergò ostēdere iussum est, sine mora infelix illa per scalas more consueto id descendere videt, quam ante imaginem sanctissimam crucifixi miseram, horrendum in modum aggressum est, defatigauitque, meque etiam amplius octo quam dies eius tristis imago singulis noctibus perterruit. Nec etiam me latet, præter hoc & aliud magis horrendum contigisse: spectrum enim quoddam in domo apparens cuiusdam tantas turbas, tamque frequentes dedit, ut cuncti inhabitantes metu, ac terrore perculsi, eam relinquere

adige-

adigerentur rei huius fama attractus, comita ius nonnullis ætate me prouectioribus, locum adij, hinc unus cæteris audacior in exponendo se periculis aula in media in hæc uerba clamore prorupit magno: si uerè (inquit) spiritus es, nec res, uti credo, aliqua inanis, ac friuola, me lapide petas, uelim, cernuũ interea sese deflexit, extemplo, quod iubetur, facit, coteque dum pondo humerum eius tetigit, at ictu tam leui irritoque, ut nihil mali perciperet, etsi lapis tanto cum strepitu proiectus uidebatur, ut à pauimento resiliens in uasa quædam proxima magno fragore, nullum tamen horum læserit, aut confregerit. summa astantium admiratione, uariaq. de huius lapidis ictu opinione; sanioris mea sententia iudicij saxum illud per aerem, ut paleam a uento delatum fuisse dixere, rumorem uerò illum auribus uehementer obstrepentem, aut in nostra tantùm phantasia resonuisse, aut ex aeris collisione, alio tamen modo, quàm ex saxi ictu resilientem: nec mirum dæmones in homines peccatis præsertim præ cæteris magis pollutos saxa iaculari posse: cum & à Sanctis non abstinuerint, uti Romæ ad sanctam Sabinam grande cylindro non absimi-

le saxum, quo Diuum Dominicum orantem perimeret, a Dæmone proiectum magna ui dentium admiratione ostenditur: hoc & perfecisset, nisi manus angelica huius sancti capiti imminens auertisset malum. Præterea ab eodem spiritu cuiusdam, qui ioco exorcistam ageret, legebat enim abiurandi gratia Ariostum poetam Hetruscum, manus, ac librum fœdari quodam quasi spermate licore haud pauci uiderunt, in eius forsan, quem patrarat, errorem, tum enim hirquitallire: qui denique uafer spiritus, quò recederet, cuidam seni domus hero apparuit in somno: atque, ut hanc diceret superstitionem, insinuauit: agedum frater Niebe fuge, sanctus adest Benedictus, manum, si pollicem abstulit, reliquit. qua profecto dicta, erat enim ignarus, neque hac de re doctiores cōsuluit, statim euanuit: at non absque domus excidio, ac ruina. Adhæc dæmones ipsos sæpe fascinationum, ac incantationū causas & auctores esse in confesso est; etsi omnes Philosophi has uel quædam occulta fascinantis proprietate prouenire aßerant ob adiunctum cordis motum, quo corpus immutatur, oculique inficiuntur, vel ex eorum vehementi, malitiosoque in fa

scinan

ſcinando animo, ac imaginatione, aut a quadam anuum natura, ſuppreſſam ob menſtruam purgationem corrupta, qua traſmiſſos ex talium oculis tenues, viroſosque ſpiritus ita aerem inficere aiunt, vt per tenella puerorum lumina introeuntes totum corpus labe ſubitanea, alioque morbo commaculẽt, ac interdum ipſa ſpecula frangant ob oculos menſtruis laborantium: quin aliquem voce priuari, quòd prior a lupo viſus ſit, ac alios ab virulenti Baſiliſci oculis conſpectos occidi referunt: ſed eos omnes, qui naturæ tantùm hunc effectum adſcribunt, & errare & decipi, vel hinc manifeſtum eſt, quòd nemo, quantumuis animi, ac voluntatis malignæ reperiatur, ut ſuo ſolum modo aſpectu, vel occult aui Camelum in foueam viſu præcipitet, ac verbis machinã, qua ſericum colligitur, repente frangat, in pelui aquam in ſanguineum colorem permutet, bouemq. robuſtiſſimũ, quod in noſtra accidit vrbe uel uno uerbo occidat, meſſes alio quã ubi ſatæ erãt, traſferant, ut apud antiquos legitur. arbores, vt ſcribit Plinius, è ueſtigio aridas reddat, ſicuti olim fecerunt Triballi, & nunc fit à Biarmijs, qui homines nonnullis iaculis, no

diſq.

disq. magicis. ita quosdam ligare consueuere, vt neque sic vincli liberi, nec mente compotes sint, at ad extremā maciem his fascinij vinculis redacti, vitam tabescendo miserè finiant. Neque hoc à superiori anima in inferiorem, vtpote ab intellectu in sensum imprimi vllo potest modo, ut aliqui falsò imaginati sunt; quorum Auicenna caput, qui vel inabsentem, ne dicam præsentem homi nem hoc malum ex forti imaginatione, mali tiosaque natura inferre posse affirmat: nec, vt alijs placet, ex quadam Genij proprietate proficiscitur, quo Augustum Marco Antonio formidabilem fuiße ferunt: nec à cæli influentia: neque ab vlla intelligentiarum virtute: atque hoc non ab aliqua animæ potestate; quoniam si intelligentiæ cunctis ani mabus longè superiores sine alterius agentis adminiculo id nihil præualent, quo modo ani mæ omnium spiritalium substantiarum natu ra infimæ id præualebunt absque medio suis ipsarum tantùm prauis imaginationibus, occultisue, (vt uolunt) proprietatibus? certè nō præualebunt, præsertim, cùm nihil in naturæ, vel in accidentis formas transmutari, nisi per medium contingat: neque a syderibus
est

est. Cæteroqui naturæ si solummodo essent effectus: nec tam rarò acciderent; neque etiã ab angelis hæc mala patrari credibile est; cùm his nihil prauis, ac peccatoribus commercij existit, ut est hoc fascinantium genus. Reliquum igitur est, vt hæc dæmonum versutia fiant, qui frequenter malorum cupiditatibus diuino tamen permissu respondent, cùm diabolus eiusmodi malis hominibus, vt seruis mancipijs potius, ac instrumentis suis vtatur, eosque huc atque illuc impellat quod videre est in exemplo cuiusdam mulieris Vuestphalæ, quæ imprecationibus dirisque execrationibus effecit, ne filius ipsius, ubi erat loco moueri posset, immobilem instar statuæ reddens; quod & aliæ imprecatæ fecisse traduntur: proinde satis atque satis cauendum est; ne in liberos propriæ matres inuehantur; solent namque interdum, quod perperã uerbis expresserunt, miro quodam arcano consequi in sui tamen pœnas atq. tormentum perpetuum: ad hæc & alia facinora hi peruersi spiritus per non minus instrumenta peruersa uetulas potissimum nonnullas efficere consueuerunt, non per ea tantùm, quæ uim a natura, herbarum, radicũ succis, vt suffitu, gem-

ma-

marumque uirtute habent, de quibus multa scripsit Zoroaster Battrorum rex, Hermes Aegyptius, Gemma Babylonicus, Orpheus Græcus, Euax Arabs, ac noster Albertus Magnus; licet possint, ac interdum utantur: uerùm etiam per quæ nihil exteriori contactu efficiunt corporeo; atquæ hæc agendo, haud quicquam per seipsos malefici suis uiribus innixi peragunt, etsi suis manibus uarios affligant dolores, ac infirmitates; quibus lactantes puerulos crebrò afficiunt, ut in Acheruntinos factum perhibent infantes, quibus utique uagientibus, ac lactantibus uix quatuor sufficerent mulieres: hos nostrates sic famelicos in dies tamen macescentes puellos Cangiones appellitant: uincula etiam rumpunt, pestem inferunt, auferuntque: ut Romæ egiße ferunt quendam Græculum Ioui bouem litantem. At, dæmonibus tãtùm, quod optant, uerbo, aut aliquo signo, quibuscum pacti sunt, significant. Ex cunctis autem, quæ parantur ab ipsis ueneficis, hoc pestilentissimum est, etsi frequentius nexus illud genus, quo nonnullis nodis magicis, quos in ligulis, ter in sanctissimæ Triadis contemptum nectunt, uel certis in fabis lineis, quibus lemures, si

res, si nigræ erant, domo expelli sibi persuadebant antiqui, etiam in ferro signis omnium maximè deteſtandum ueneficium, quod dæmones ex pacto tamdiu eorum prauo desiderio præsto sunt, ac respondent, quãdiu signa, ubi ueneficia his nodis mathematicis persistunt, ac durant: id quod ob mirabilem Dei fit iustitiam, vt quò amplius malefici his inhærent peccatis, eo amplius postremo plectãtur & atrocius. Atque hæc etsi non sine maximo hominum cruciatu diuersa in mẽbra, & nonnumquam totum in corpus lethifero affligente dolore inferantur: nihilominus frequenter eius absque aliquo, quem maleficio affecerunt, dolore vel tantillo cruciatu in naturæ membrum, quod eò magis hi spiritus facere videntur, quò hoc debilitato, propagatio hominum maximè impediatur, quod ij potissimum in votis optatisque habent, quò prædestinatorum numerus tardius expleatur, ob quem, & intelligentiæ cælos potius mouent, quàm vt Deo, vti Philosophi inquiunt, assimulentur, quorum causa cuncta alia facta apparent, cùm hoc creandi modo actum, qui ad summam Dei charitatem spectat, multum interturbant, ac impediunt: aut quòd,

cum

cum hoc membrum nostri ortus causa aliqua sit, qui in peccatis & nascimur & concipimur, Deus quoque ordine iustitiæ suæ id magis alijs affici a magis concedit. Vnde plures in cubili Asmodeum luxuriæ principem, quàm in conuinio Mammonam interfecisse ferunt. Maribus porrò & fæminis hæc veneficia struuntur, quorum illi dupliciter ligantur ad erectionem eius, impotẽtesq. redditi abominatione coniugijs spetierum alteratione fieri solet, at etsi erigatur aliquando, ad rẽ tamen Venercam, prolemque suscitandam motus impedimento reddatur ineptum: vtroque modo nonnullos ligatos fuisse, ac etiam ligari non me latet: hos vero impediri præstigijs, vel cum omnibus prorsus, vel vna tantùm quam maleficus cupit excepta: quos tamen omnes diabolicis illis tricis, cum philtra eiusmodi non semper perpetua sint, constat solui: a Deo, aut angelo propria, qua præualet virtute, dummodo sit dæmone vincente superior, nam si fuerit inferior, nihil contra eum propria ui præualet quoniam, & intelligendo, & mouendo haud parum naturæ excellentia, nobilitasque præstat, atque etiam ab homine, vel hæc cælitus


sibi

sibi facta potestate, vel precibus impetrata, aut & eorundem dæmonum astutia, ac fraudibus ab ipsis maleficis magico ritu ad hoc inuitatorum, qui hoc genus, nunc vincula frangunt, nunc cætera, quæ ipsis infliguntur mala, resanant, quo quidem pacto Ischiaticos, carmine conualescere, Theophrastus memoriæ prodidit, ac etiam nonnullis verbis luxatis membris, Cato auxiliari tradidit, & sanguinem sisti Homerus inquit, quædam verba in schedula collo appensa febrim fugare Serenus Sammonicus ait, ac Fernelius chartula quadam vna nocte icterum a toto icterici cuiusdam corpore abstersum narrat. nosque quadam aquæ phiala solaribus radijs exposita in ægroti cuiuspiam capite submussitantis carmina nonnulla a periculoso morbo ereptum vidimus, vt & alios plerosque crucis signo aliquibus verbis sæpius mussitatis sanari conspeximus atque lupos nec in Asinos sæuiant, probiberi quibusdam verbis proprijs eorum capistris mussitatis, alijsque etiam mederi gladio, quo aliquis percußus est, ac vulneratum cõualescere quamuis longe abesset, ac etiam tela, lanaque quibusdam vulneribus vel periculosis nonnullas fæminas

nas medicari perhibent: neque hac dare quicquam admirandum est; cùm tria sint maleficorum genera, morbos alij infligunt, sanant alij & alij agunt vtrumque, hos maleficos, quò eiusmodi tollant mala, adire permissum esse nonnulli aßerunt, at falso, quod vel ex hoc, quod sequitur, patet, cum nuspiam ab his magis huiusmodi quicquam peti tutum, ac securum sit: cum fieri non potest, quin eo ipso magno nos polluamus peccati horrore: quo nihil boni, quod persistat effici potest: id quod Fernelius grauis auctor apertè ostendit, dum multos dæmonũ astu, liberos a morbis paulo post in eosdem, sæuiores recidisse aßeuerat: proinde nulla nobis cum dæmonibus intercedere debet aut familiaritas, aut consuetudo; cùm in sacro baptismate Deo nomen dantes, & obstringentes, fidem nostram, diabolo, eiusq. instrumentis apertè renunciauerimus. manifesta enim, ac animæ corporiq. perniciosissima fraus est, quicquid dæmones agunt, quamuis prima fronte aliquid boni promittant, in ipso tamen receßu, nihil nisi extremum hominum excidium, æternũque exitium, & habent, & quærunt ipsa veritate attestante, quòd diabolus non sit, nisi mẽ
dax

dax & homicida. hæc eius nota propria. hinc & Saul Pythonissam consulens, morte ob id mulctatus est a Deo. Quæ impia facinora, enormiaque scelera, haud cum pluribus uno actu fieri vlli succedit malefico; non quòd Diabolus id minimè efficere poßet: Verùm hoc accidit, aut quòd nisi in vnum inuitatur, aut quòd Deus id in plures, ut Dæmonum uideatur impotentia, nequaquam sinit. Atque hæc dixisse de his spiritibus nequàm, ac immundis, eorumq; malitia, astutia, ac maximis technis quã breuissimè potuimus; satis est. Deoque Opt. Max. siquid laude dignum uidetur, laus & honor in sæcula, a quo & nostrum eße, & scire dependet: cùm nos nihil proprium a nobis præter peccatum habeamus. Theodoxa amin.

FINIS.



fol. 13. ater. quam cunctos cor. qua
fol. 17. ater. humanarum cor. humanum
fol. 23. accipiantur cor. accipiant
fol. 23. parentium cor. parentum
fol. 51. a ter. pernitionibusq. cor. penitioribusq.
fol. 52. etiamnumidola etiam num idola,
fol. 54. a ter. deprhundit c. deprehēdūtur
fol. 58. Demonium cor. Demonum
fol. 60. a ter. nominis cor. nomini
fol. 63. a ter. secretiones cor. secretiores
fol. 65 congerentur cor. cogerentur
fol. 72. a ter. Iouis hānonis cor. hāmonis
fol. 74. a ter. percepi cor. percipi
fol. 75. a ter. fucinus cor. facinus
fol. 76. virtis cor. virtutis
id. fol. 76. a ter. familiarū cor. familiariū
fol. 78. a ter. pleripue plerique
fol. 74 a ter. addita, addicta
fol. 82. a ter. maginabatur imaginabatur
fol. 83. a ter. cognitio cognatio
quantitem quantitatem
fol. 85. a ter. perfesto, profecto
fol. 88. a ter. virgibus virginibus
fol. 91. penate penates
fol. 96. conceitum conceptum.

crime-

crimene crimine
fol. 98. a ter. hunc, hanc
surphure sulphure
fol. 101 memento momento
indumento in dumeto
cor. fol. 101 a ter. frequentant, frequẽtãtur
fol. 102 a ter. simposita symposia
fol. 104 perterre festus, perterrefactus
fol. 107 profetos, profestos
fol. 113 consueuit cor. consueuerunt
fol. 117 pæna cor. pænæ
fol. 118 ho cor. hoc
fol. 121 oui cor. ioui
fol. 121 a ter. sic cor. sic
fol. 121 onge cor. longe
fol. 130 crebrius cor. melius

F I N I S.

Imprimatur.
V. Quatrimanus Vic. Ge.
Neapol.
Paulus Regius vidit,
Idem f. 37.



NEAPOLI,
Apud Io. Baptiſtam Cappellum.
M. D. LXXXII.

